

principiorum
et. theol.
et. un.

opus de
et. theol.


et. theol.
et. theol.
et. theol.


+

Sammelband

65

1





3.

I. S. N. 7.

912

DISCUSSIO SOLIDA
LOCI PAULINI,

AD PHILIP. CAP. II. V. 5. 6. 7. &c.

Is affectus sit in vobis, qui
& in CHRISTO JESU: &c.

Cum INDICE materiarum, &c.

Edente


JOHANNE BOTSACCO, D.



Sumptibus JEREMIAE MAMPHRASII
Bibliopolæ STETINENSIIUM,
Typis MICHAELIS HÖPFNERI, Regii Typogr. 1664.

3

DISCUSSIO SOLIDA
LOCI PALATII
AD PRAESENTIAE CAESARIS
ISACCHARIUS IN VOBIS
IN CHRISTO IESU
CUM THEODO
JOHANNES BOTHE



ISACCHARIUS IN VOBIS
IN CHRISTO IESU
CUM THEODO



Dr
u. J
fi



me
con
ris
de
sop
inc
rec
tul





Nobil. Magnific. & Excellentiss. VIRO
Dn. JOHANNI FRANCO,
U. J. D. Præclarissimo, olim cōvictori svavis-
simo, nunc Amico apprimè honorando,
S. P. D.

Dostquam non ita pridem
veteris amicitia jura reco-
lere occepimus, reciproca-
rum literarum, quas neces-
situdinis intemerata fo-
menta esse nemo non cordatorum judicat,
commercio inducti: Ne non paucos amo-
ris nostri igniculos, distantia locorum ha-
tenus & literarum intermissione velut
sopitos, in corde meo persensi; quibus ita
incensus sum, ut Tuo animo in me & grata
recordationi convictus mei, omne punctū
tulerim. Inde tuum hoc in me studium

X 2

bunc

PRÆFATIO.

hunc mihi ausum expresit, ut & literis
quibusdam (quædam n. interiere, tabel-
lionum negligentia) tam prolixo in me af-
fectu tuo responderim, & impetum cepe-
rim, has pagellas, nominis Tui honori, &
virtuti Tuæ, consecrandi, & publicè de-
predicandi, testandiq̃, quanti mihi sit re-
novata amicitia nexus, cujus funda-
menta & initia, in celebri Gymnasio no-
stro jacta sunt, è quo, tanquam ex Equo
Trojano, non pauci principes cultæ Eru-
ditionis, (quos inter tantum emines,
quantum læta solent inter Viberna Cupressi,)
extiterunt. Ergo, ut Tibi, vel publi-
co vadimonio gratitudinis me obstri-
ctum esse, sciret & nostra & posterorum
etas, in publicum prodire animus fuit.
Affero è S. Pandectis hoc quicquid est, le-
vidensis commentationis, ad S. Pauli ora-
culum, Philippensibus, inter cætera S. San-
cti, quo impulsus Gentium Doctor fuit ad
scribendū, axiomata, dicatū. Locus is va-
rie

PRÆFATIO.

riè tortus. Hic [nam hanc fiduciam ha-
beo erga Deum in Christo] dextrè expli-
catus sine felle, bile, ne quid nausea pare-
at hujus lectio, consideratio. Certet res
cum re, ratio cum ratione, secundum
D. Augustini iudicium. Hic sedeat Judex
Paulus, litem nostram disceptet, tot dispu-
tationib. hætenus direxatam. De cætero
eat hæc Discussio in orbem literarium, sub-
eat lumina dextrè & sobriè judicantium
& humiliter sapientium hæc literas, eis tò
σοφονεῖν: & ne S. Scripturæ pervertantur,
magñā animarum noxa & pernicie, quin
potius illæ ad gloriam Christi Jesu, & edi-
ficationem Ecclesiæ in timore DEI & sal-
vificā nominis divini cognitione unicè di-
rigantur, cui fini omnis Scriptura à Deo
destinata est, teste Apostolo; legitimæ in-
terpretationis regulas secutus sum, lite-
ram pressi, antecedentia & consequentia
ponderavi, testimonia orthodoxæ Anti-
quitatatis secundariò adjunxi: sibi namq[ue]
Scriptu-

PRÆFATIO.

*Scriptura sufficit, ad generandam fidem
sola idonea.*


*Itaq; quâ fronte ante paucos annos sus-
ceptus fuit commentarius meus, contra
Anabaptistas, pari Nobilissimorum D. D.
Affinium, D. Davidi Gloxinio, Dn. D.
Henrico Schabbelio &c. inscriptus: Ea-
dem, ut & hic ausus dedicationis excipia-
tur, majorem in modum contendo.*

Vestr. Nobil. Excell.
& Magnific.

Cultor & Amicus
Observ.

JOH. BOTSACCUS, D.
ad D. Mariæ Pastor ætat. 63.
GEDANI, M DC LXIII.
IV. Maji.

IN



IN ERUDITAM EXEGESIN
DICTI PAULINI

Phil. II, 5. seq.

à

Strophis Orthodoxiæ Lutheranae per
Prusiam insidiantibus,

ut olim

à Nobiliss. Theologo D. Myslenta &c.

sic hodie

ab Excell. Theologo D. Bothsacco &c,

vindicati.

Inter Theologos doctos jam pressa Columnam

BOTHSAECUM fidam Prussia terra vocat.

Namq; incorruptum LUTHERI dogma tuetur,

Nec vapidi virus pectoris acre timet.

Syncretista novas sacrâ cum luce tenebras

Dum miscet, Fratris nomen inane crepat.

Hem! jurata quatit fidei fundamina, tellus

Quos Hircos pepulit^(a) Prussica, dicit oves.

Pastorum pia turba Lupum sed prodit euntem,

Ac veteris fidei Symbola sancta refert.

De

(a) Repetitio Corporis Doctrinae Prutenicæ p. 75. f. 2. Hujus-
modi Phanatici non sunt oves gregis Domini, quia
non audiunt vocem boni Pastoris, sed eam perver-
tunt. Confer. p. 88.



(b) De Formâ informes, quas Cryptica Turba
fovebat,

Technas, (c) in fidei Corpore nota Nota est.

*Sic Nota nota fuit: Magnus MYSLENTA notavit
Errore sparsos, fide Borusse, Tibi.*

Quos hodierna dies revocat: Sed pellit eosdem

*BOTHSACCI solers cura, laborq; vigil. (men,
Huic vegetas Aquilæ vires, huic mentis acu-*

Qvo pollet, docto fervet Iöva Seni!

(b) Consulatur Manuale Prutenicum D. Myslentæ in Disferta-
tione Procemiali litera L. circa finem de Agenda. Anno
1558. Multo impertinentius, inquit Myslenta, allegatur al-
terum dictum Phil. 2, 8. pro evincendâ unione Hypostatica.
Etenim hæctenus probare non poterant Calviniani, neq; in
æternum id præstabit *Lucifuga*; termino $\mu\omicron\epsilon\phi\eta\varsigma$ innui
Naturam uti divinam, ita humanam in sacris literis; sed
potius qualitatem, vel conditionem, in quâ Christus vel se
gerere potuisset; vel etiam gesit: Quæ ideo etiam fuit mu-
tabilis. Hinc Christus $\mu\omicron\epsilon\phi\eta\varsigma$ h. e. formam Servi depo-
suisse dicitur ab Apostolo. Jam subsume cum *Lucifugâ*;
Atqui Forma Servi est humana Natura: Et talem habebis
conclusionem. E. Christus humanam Naturam deposuit.
Et per C. dictum hocce non tam pro Unione, quàm con-
tra eandem faceret.

(c) in repetit p. 22. f. 2. ubi hoc dictum rectè explicatur.

Ex Affectu ἀκισβδήλω & planè Fraterno

D. JOHANNES Maufisch /

SS. Theol. Prof. Publ. Rector Gymna-

sii Gedanensis & Pastor SS.

Trinitatis.

I. S. N. J.



I. S. N. I.

PRO O E M I U M.

Aternus ille Pater luminum,
Pater Domini nostri *Jesu*
Christi, ex immensa *Φιλαν-*
θρωπία dedit nobis lumen verbi sui;
extra hoc in tenebris & umbra mor-
tis sedentibus: illudq; per filium su-
um, Prophetas, Mosen, Euangelistas,
Apostolos in S. Scripturis revelavit.

I.

Pf. 36.
Joh. 1.
2. Pet. 1.

II.

2. Cor. 4

Princeps tenebrarum, juratus hu-
manæ salutis hostis, tollere annititur
hoc lumen, à cordibus hominum,
hos excœcando, à verbo abducendo
Gen. 4. fallendo, 2. Cor. 11. seducen-
do, Apoc. 12. rationem humanam S.
literis præferendo 2. Cor. 10. illas
truncando, perperamq; explicando,
Matth. 4. ut quidam etiam hominum
Scripturas suometipsum exitio de-
torqueant. 2. Pet. 3. Hinc error! hinc
schismata, hinc infinitarum penè hære-
seon symplegades. Inde fit, ut plurimi

A

Aposto-

Apostolica quædam allegent, sed non Apostolicè (ut est apud Gregor. Nazianzen. secunda ad Cledonium Epistola) intellecta.

III.

Sunt, qui existiment, eas lites derimi posse, vel visibilis alicujus Judicis arbitrato, quò standum, quò cadendum sit, vel veterum Dd. voluminibus: quæ quàm lubrica, quàm inadæquata tanto sint negotio, quàm corrupta, & à Patribus ipsis nunquam pro *Regula fidei*, vel hujus parte, venditata sint, & res ipsa loquitur, & à nostris uberrimè demonstratū est, & Adversarii omnium partium, jam pridem, quæ testatissimum fecere, & hodienu suo perstant robore, quæ in Patrologia, ex parte, publicæ luci sunt donata. Quantumq; tenebrarum, nimia veterum Doctorum quorundam admiratione, olim peperit, clarius est, quàm ut probationem desideret. Inde Patrum errata, liberè carpunt Pontificii Dd. etiam hæreses illis impingunt. Reformati quoq; pristinâ Veterum Scripta judicandi libertate gaudent.

Sed

3.
Sed quorsum ista? Nempe, ut com-
moneamus, militandum esse jugi-
ter pro genuino S. literarum sensu,
& attentè, iisque armis, quibus Schola
& officina S. sancti semper usa est; &
legitimis veræ expositionis regulis,
scrutandi Scripturas Joh. 5. 39. ve-
ram intelligentiam, cum Berrhoën-
sibus, duce S. sancto, Joh. 16. comite
Scripturarum collatione, satis per-
spicuè loquentium, sinè iudice visi-
bili, sinè Veterum sententiis (si illa à
litera & sensu S. sancti discrepent) fe-
licissimè assequamur.

IV.

Act. 17.

Sacrum ejus rei periculum, sed si-
ne periculo (qui namq; in lumine
ambulant, tenebroræ noctis & offen-
sionis periculo vacant, Psal. 119, 106.
2. Pet. 1, 19. Os. 14. v. ult. Joh. 12.) fa-
cturi, in foro veritatis & mensa Solis,
(ut sanctè dicamus) Jesu Christi, spi-
ritualis Malach. 4. proponimus Ora-
culum D. Pauli, quod extat Epistolâ
ad Philipp. Cap. II. v. 5. 6. 7. his verbis:
*Enimv. is affectus sit in vobis, qui est in
Christo Jesu, qui in forma Dei subsistens,*

V.

*non rapinam arbitratus est, esse aequalia
Deo, sed seipsum evacuavit, formam servi
sumens &c.*

**VI. OECONOMIA TRACTATIONIS
ET ANALYSIS.**

**Sectio I. Occasio & Scopus hujus
dicti.**

**Sectio II. Analysis ipsa Capitis se-
cundi, quæ verba destinata.**

**Sectio III. Explicatio veri sensus,
in hoc dicto, in controversiam raptò.**

**Sectio IV. Usus Elencticus, & Di-
dacticus.**

**Hortatorius, ad pietatem sectan-
dam.**

**Correctorius, ad impietatem vi-
tandam.**

**Consolatorius, ad cordis nostri læ-
titiâ implantandam.**

SECTIO I.

OCCASIO ET SCOPUS PAULI
hic est. Cap. i. v. 27. monuit Aposto-
lus 1. Philippenses, *ut dignè Evangelio
ambulant*; *emphaticâ voce usus,*
πολιτεύετε: sic alibi, in N. præprimis T.
2. Ef.

2. *Effectus* & consequens memoratur illius boni *πολιτεύμα*: Exultatio & gaudium Pauli.

3. Ut *perstarent in uno* Spiritu. Notatur Spiritualis unitas.

4. Ut *concertarent per fidem* Evangelii.

5. Non *terrerentur*; sed ut fortes essent, contra *Adversarios*, ἀντικειμένους. Confer.

Eventus, ex parte *α Adversariorum*, *Indicium* perditionis ipsorum. *β* ex parte *fidelium*, *Indicium* Salutis. *γ*. Ex parte *causa efficientis*, τῆς σωτηρίας. Illa est Deus. Hic describitur ab *Effectu*, quod dederit fidem Philippensibus. Confer. h. v. 29. & pro Christo affligi (propter doctrinam fidei Christianæ) *confirmat* eosdem, suo exemplo Paulus, quod ipse Philippensibus exemplo fuerit certaminis, auditi & visi v. 30. Itaq; *Scopus* Pauli fuit, monere Philippenses, ad *piam vitam* peragendam.

SECTIO II.

A N A L Y S I S.

A 3

Jam

6.

VII. Jam Cap. II. v. 1. seq. sequitur Pauli
monita applicatio & accommodatio specia-
lior, ut Philippenses pergant dignè vivere
Evangelio, ut dixerat supra cap. I. v.
27. hoc argumento I. Quicumq; in Chri-
sto habent 1. consolationem: 2. Solatium
charitatis: 3. Communionem Spiritus
(Sancti): 4. Intimas & maternas misera-
tionem; illi tenentur Evangelio dignè
viverè, in uno Spiritu perstare, certa-
re, nec terreri. Majorem uti per se
claram, supponit Apostolus v. 1 cap. 2.
ubi Si, ei nō, non notat, dubitare Pau-
lum, sed valide supponere.

Atq; Vos Philippens. habetis Christi con-
solationem, (id est, Christus est Consola-
tor vester) ac sic de cæter.

Ergo vos Philipp. tenemini Evange-
lio dignè vivere &c. &c. Pauli gaudium
explere, & idem sapere, unanimes es-
se & abstinere à contentione, vana
gloria, amore proprio, sed humilita-
ti litare, non vos ipsos aliis præferre,
non, quæ cujusq; propria sunt, sed
quæ alterius (ἐτέρω) quærere. Hactē-
nus primum Pauli argumentum fuit.

II. Ar-

II. Argumentum Pauli desumptū VIII.
 est ab exemplo augustissimo ipsius DOMI-
 NI nostri JESU v. 5. h. l. quod aliàs sæ-
 pe inculcat Apostolus, 1. Cor. 3. &
 Ephes. 5. 1. Notetur 1. *connexio* hujus
 cum antecedentib. Dixerat Paulus v.
 2. Philippenses debere *Φεγγεῖν τὸ ἐν χρι-
 στῷ, τὴν κλιπεῖνο Φεγγούνην, non σκοπεῖν,* spe-
 ctare propria, sed ea, quæ alterius es-
 sent v. 4.

2. *Notetur ipsum argumentum, quod*
 est hoc: *Quomodo Christus Jesus affe-*
ctus fuit, eodem modo & Philippenses af-
fecti esse debent, vi verborum Pauli:
Hoc enim Sapiatur in vobis, Φεγγεῖ ὁ ω, sen-
tiatur. Intelligit *Φεγγνω* spirituales,
 à S. Sancto, cujus communionē gau-
 debant Philippenses, cap. 2. v. 1. car-
 nalis *Φεγγνω*, à carne Rom. 8. v. 5

Atq; Christus Salvator sic fuit af-
 fectus &c.

Ergo & Philippenses eodem modo
affecti esse debent.

Minorem probat & explicat Pau-
 lus duobus modis.

I. *Negativè: quomodo non fuerit* IX.
 Christus affectus? Ubi

Ubi A. Subjectum &c. B. Prædicatum.

Subjectum est Jesus Christus. v. 5. In Christo Jesu.

Subjecti descriptio est: quod *Jesus Christus fuerit in forma Dei.* Unde duæ resultant quæstiones.

Altera: Qvis per Jesum Christum intelligatur?

Altera: Quid sit in Forma Dei ὑπαόχην? De utraq; infra.

Prædicatum: Christus non est arbitratus rapinam. Hinc quæstio:

Quid sit, rapinam arbitrari? Quæstio: Quid sit, esse æqualia Deo?

II. Positive; Quomodo Christus fuerit affectus?

Docet illud Paulus & probat ab effectis.

a. Seipsum Christus exinanivit: Quid sit?

β. Modus: accipiens servi formam.

Hinc Disputatio, Quæ sit forma servi factus in similitudine hominū: &c.

Et schemate inventus, ut homo, Seipsum humiliavit, factus obediens

usq;

usq; ad mortem, mortē autem crucis.

III. *Consequens humiliatio*: Christi superexaltatio. Cujus efficiens *α*, Deus.

β, *Nominis*, ex gratia, facta donatio.

γ, Adjuncta hujus nominis *excellentia*, à comparatione disparium, & *ὑπεροχῆ*: Nomen hoc Christi esse super omne Nomen: à *culto hujus nominis*, per genuflexionem v. 10. & confessionem omnium linguarum, quod Christus sit Dominus, ad gloriam Dei Patris.

Hactenus genuina *Oraculi Analysis* fuit. Sequitur

SECTIO III.

EXPLICATIO VERI SENSUS IN ORACULO PAULI.

Duo hic expedienda. I. Quæ sit Lutheranorum sententia de hoc dicto?
II. Quibus illa nitatur argumentis & fulcris?

I. *Sententia Augustanorum hæc est*, quam, juxta partes suas in sequentibus contentam, hic strictim delibamus.

XI mus. 1. Paulus hortatur Philippenses ad serium vitæ sanctioris studium, ut docuit Analysis. 2. Utitur *Exemplo Salvatoris nostri Jesu Christi*: hujus sensum Philippensibus imitandum proponit. 3. Loquitur non de Christo incarnando, id quod mox evictum dabimus; sed de *jam incarnato*: ad quem conversi, & à quo vocati, illuminatiq; fuerant Philippenses: quod liquidò patet, & *ex antecedentib.* & *ex hoc ipso* textu. 4. Per *formam Dei* non intelligimus *θεός* & immediatè ipsam *naturam divinam* τὸ λόγος, carni personaliter unitam in puncto conceptionis; neutrius enim hic fit mentio: sed gloriam & majestatem, in qua Christus subsistens erat. 5. Per *formam servi* non intelligimus (quam Christus sumsit) ipsam humanam carnem, sed carnis personaliter gloriosæ in se, statum servilem extra se, in respectu ad homines.

II. *Quibus nostra fulcris nitatur sententia?*

Dico,

Dico, edico firmisimis, quia divi-
 nis, *ὀικείοις*, utrinq; concessis. 1. *Subje-*
ctum, de quo agit S. Sanctus, præco-
 gnoscimus. 2. *Predicatum* quoq; con-
 sideramus, è verbis S. Sancti. 3. *Utrumq;*
 explicamus; *primariò* *α.* è *litera* & *tex-*
tus sanctissimi proprietate. *β.* *ex an-*
tecedentibus & *consequentibus*. *Secunda-*
rio è testimoniis Patrum, Adversario-
 rum, & aliorum quorumcunq; argu-
 mentorum inartificialium.

XII.

His prælibatis, *ad rem ipsam accedi-*
mus,

Ubi **QVÆSTIO** solvenda:

An D. Paulus agat de filio Dei, ut λόγῳ
carnem assumpturo (*ἀσάρεκῳ*; *an verò, ut*
de λόγῳ ἐνσάρεκῳ, *vel qui carnem jam*
tum assumerat? quemq; Paulus in
 exemplum humilitatis Philippensi-
 bus proposuerat?

De *τῷ λόγῳ ἀσάρεκῳ* carnem asumen-
 te, eoq; ipso humilitatis illustre ex-
 emplum præbente, agere Paulum,
 statuunt Reformati Dd. ut in aprico
 est. Zanchius Col. 94. in Phil. 2. & alii.
Augustani negant, docentes, Paulum
 hic

hic agere de Christo ἐνοῦργω, quatenusq; carne jam indutus, humilitatis exemplum præbuit. Id, quod probamus è verbis Apostoli: IS SIT AFFECTUS IN VOBIS, QUI ET IN CHRISTO JESU, hoc Syllogismo generali:

MAJOR. *Quæcunq; sententia congruit I. cum proprietate ipsorum verborum: II. Scopo & congruentia textus: III. Exaltationis Subjecto recipiente, ut sic loquar: IV. habet ipsos adversarios suffragatores: V. Orthodoxos quoq; Patres non paucos: VI. nititur argumentis firmissimis, in singulis phrasibus contrariam sententiam eventibus, ea omninò est bona.*

MINOR. *Atq; sententia Lutheranorum, I. est congrua proprietati verborum, id quod patebit in examine singularum phrasum. II. Scopo & congruentiæ textus consona. Patet illud hoc prosyllogismo. Secundùm quam naturam a. Christus dicitur passivè unitus, adeoq; Jesu Christi nomine vocatur: ß. tribuitur ei Θεῶν ἕνα, secundum eam naturam hîc intelligitur.*

XIII. *Atq; a. Christo secundùm humanam natu-*

naturam competit unctio passiva (nam
 quæ Deitatem potius est ungens) un-
 de ei nomen Christi competit, quod
 duarum naturarum significativum
 est, Damasc. lib. 3. *Orthod. Fid. c. 3.*
 Athan. *Orat. 5. contra Arian. & dial.*
 5. de Trinit. & post incarnationem
 nomen Jesu Christi 1. Joh. 4. v. 2. Je-
 sus Christus in carnem venit Luc. 1.
 v. 31. vocabis nomen ejus Jesum. Matt.
 1. v. 21. Nec obstat, quod nomen JESU
 CHRISTI etiam filio Dei attribuitur,
 Hebr. 13. qui & HÆRI fuit, id est, ab æ-
 terno, ut contra Crellium ostendi-
 mus, Lib. III. Sect. II. cap. 4. p. 638,
 639. *ratione æternæ existentia.* Et
 Christus in deserto tentatus legitur,
 1. Cor. 10. qui tunc adhuc fuit ἀσάρκως
 vel sine carne (quæ demum assumpta
 est in plenitudine temporis, Joh. 1, 14
 Gal. 4, 4. Hebr. 2, 14.) Hoc verò loco
 ad Phil. 2. agit Paulus de λόγῳ ἐνσάρκῳ,
 quod patet è totius hujus loci cir-
 cumstantiis, & apostoli scopo. Itaque
 nulla hic est ἀπόληψις.

E. se-

E. secundum humanam loquitur de
Christo Apostolus.

(B) Juxta humanitatem tribuitur
ei *Φρόνημα*, affectus, sensus; non *Dei-*
tatem, quæ est affectuum expers. Ideo
hanc *Φρόνησιν* tribuit Christo Jesu.
Hæc autem *Φρόνησις* fuit humilitatis,
ut Zanchius ipse, & Græca Scholia ex-
plicant, Col. 94. in Phil. 2. §. *Syriacus*,
quæ sanè humilitas, ἡ ἀκριβ. ταπεινοφρο-
σύνη, ut habent Scholia Græca in h. l.
Christo, quâ Deo attribui per *Φρόνησιν*
minimè potest. Nec obstat Prov. 8.
v. 12. ἐμὴ Φρόνησις; E. *Φρόνησις* τῷ λόγῳ
εἰστέγκω tribuitur. Nam i. ex Hebræo
textu (non è versione LXX. Inter-
pretum) de hoc loco judicandum.
In Hebr. est חוכמה i. Chochma, Sa-
pientia, nempe, essentialis, genita ab
eterno. At de hac τῆς λόγος Sapientia in-
visibili & non imitabili non agit Pau-
lus h. l. sed de visibili *Φρονήσῃ*. 2. De-
inde LXX. vertunt non *Φρόνησιν*, sed
σοφίαν, ut habet Editio Vatabli. Unde
igitur illa versio, ἐμὴ Φρόνησις; Edicat
Bechmannus, ostendat, qui allegat.

4. Ni.

4. Nihil ergò hæc ad rhombum, cum Paulus agat de eo affectu, quem nos imitari tenemur.

III. *Congruit Exaltationis subiecto recipienti nostra expositio* (non Reformatorū, explicantium de Deitate Ἰῶ λόγῃ assumptis carnem) quod ita probo:

Membr.
3.

XIV.
Profyl-
log. 9.14

Secundum quam naturam Ἰῶ λόγῃ incarnati (a) convenit eidem mors: (b) super exaltatio, eaq; facta in tempore: (c) nominis datio in tempore, & ex gratia; secundum eam naturam de λόγῳ incarnato loquitur Apostolus. Major per se clara est. 1. Mors non cadit in λόγον. 2. altissimus non potest super exaltari in tempore. 3. neq; Ἰῶ λόγῳ potest demum in tempore, & ex gratia nomen (excellencia, dignitas) dari.

Atq; secundum humanam naturam (a) convenit Ἰῶ λόγῳ mors 1. Pet. 4, 2. (b) Exaltatio, eaq; facta in tempore & (c) nominis datio in tempore, & ex gratia. E. secundum humanam naturam de λόγῳ incarnato loquitur Apostolus.

IV. Expositio nostra habet Adversarios suffragatores.

Membr.
4. 5. 6.

V. Or-

Syllogis-
mi prin-
cipalis
primi.

V. Orthodoxos Patres. VI. nititur
rationibus firmis. Hæc suis
singula membris patefient & decla-
rabuntur.

II. *QUI IN FORMA DEI SUB-*
SISTENS, ubi

Qvæstio, QUID SIT FORMA DEI?

Reformati Formam Dei PRO IPSA
DEITATE & ἁγία ἡ λόγος accipiunt,
ut sit sensus: *Quicum esset verus Deus.*
Pezelius in Johan. p. 508. Beumler. p.
87. in primo dial. Theodor. Grynæus
disput. p. 330. Sadeel. p. 192. Operum.
Aret in h. l. ad Philipp. Bullingerus in
eundem. Hemmingius, Straccius in
Epist. Epistolar. Dnic. Palm. Zanchius
Col. 97. in Epist. ad philip. Beza in h. l.
in Notis. Martyr. Oratione de Morte
Christi fol. 821. l. c. Eilshem. p. 218. cō-
tra D. Menzer. Beza vol. 1. fol. 557. &
560. & 588. 576. Et cum his Bellarmi-
nus lib. 1. de anima Christi c. 6. Bec-
mann. p. 629. Exercit. & p. 724. seq.

Nostra sententia ita habet, per *For-*
mam Dei intelligi ipsius Deitatis Majesta-
tem & gloriam, quæ licet in Christo, quæ
homi-

homine fuerit, ut templo suo Col. 2. v. 9. ut
tabernaculo; tamē radios illos divini ful-
goris nube exinanitionis velut textit. Cujus
sententiæ veritas nostræ, ex cōtrariæ
refutatione majorem lucem accipi-
et, quam hoc Syllogismo propono:

Quæcunq; *sententia* 1. recedit à pro-
prietate textûs & literæ, 2. *Scopo textûs*
Paulini. 3. à connexionem vocum *Synony-*
marum à Paulo positarum: 4. nititur ab-
surdis plurimis: 5. refutatur à propriis gre-
galibus: 6. & *priscis Patribus*: 7. fundatur
in rationibus lubricis: 8. contraria-
tur collationi *Adami primi & secun-*
di, ad quam Paulus respicere videtur,
ea sententia & expositio non est ap-
probanda (Major per se clara est, in
membris jam recitatis, nec proba-
tionibus indiget.)

Atqvi Reformatorum *sententia est*
talis. E. illorum expositio non est ap-
probanda.

Minorem confirmo sigillatim. Ex-
positio Reformatorū erronea est 1. ob
falsam vocis formæ (*μωϥϕñς*) expositi-
onem: quia hæc recedit à proprietate
B textûs

Sylog.
Secūsus:
membris
constans

XVI.

I.
Membr

*textus & literæ; ubi pono hanc asser-
tionem: Vocem μορφῆς Calviniana sen-
tentia exponit de substantia & essentia ἡ
λόγῃ, præter usum Græcæ L. ejusq;
propriatē, præter usum Scripturæ,
cui addo Syram Metaphrasin. Probo*

1. (1.) *Vocabulū μορφῆς nunquam signi-
ficat, neq; in V. neq; in N. Test. sub-
stantiam, sed semper qualitatem, & for-
mam externam, nec potest locus in
contrarium proferri. Idem etiam si-
gnificatus μεταμορφῶσαι, σύμμορφῶ
obtinet. LXX. Interpretes in V. T.
nunquam pro forma essentiali accipi-
unt, ut patet ex inductione locorum
Es. 44. v. 13. Dan. 4. v. 33. c. 5. v. 10. c. 7.
v. 28. alibiq; Unde sequitur, Refor-
matus contra stylum Scripturæ novum si-
gnificatum voci μορφῆς indere, & sic
recedere à literæ proprietate.*

2. (2) *Μορφῆ pro Substantia. Hic si-
gnificatus ignotus est lingvæ Græcæ.
(Si excipias Aristotelem, quem ne ob-
jicias, Piscator ipse rejecit, comment.
in h. l. ad Philip. qui tamen Aristote-
les ipse voce μορφῆς accidentaliter
usus*

usus est pro quartâ specie qualitatis
 in Categ. p. 36. lit. F. Quum etiam usus
 vocis technologicus non semper
 importat vocis communem & rece-
 ptum significatum. Benè Piscator:
*Per formam Dei non puto Apostolum intel-
 ligere ipsam naturam divinam, sicut Ari-
 stoteles in sua Philosophia vocabulo $\mu\omicron\sigma\phi\eta$
 intelligit naturam atq; essentiam rei: neq;
 probabile est, Apostolum hac voce in eâ si-
 gnificatione uti, quæ solis Philosophis nota
 erat, populo verò ignota.* Hæc Piscator in
 cap. 2. ad Philip. (3.) Syrum Interpre-
 tem addo secundariò, magnè aliàs ta-
 men à Reformatis habitum. Is in
 hoc loco non utitur voce Substanti-
 am significante, sed solùm similitu-
 dinem. Hæc est שִׁמְיוֹן Hebr. 𐤑𐤍𐤔𐤍
 quæ nunquam significat *substantialem*
qualitatem, sed similitudinem, speciem,
formam: Similitudinem apparitio-
 nis. Sic Marc. 16. v. 12. *Typica præfigu-
 rationis.* Ita Syrus Melchisedekum in
 Dei similitudine fuisse dicit, Hebr. 7.
 v. 3. Nunquam autem pro *Substantiâ*
 hæc Syrus utitur phrasi, esse in simi-

litudine, *pro esse aequalem Deo*; quod ideò noto, quia idem Syrus aliàs voce $\mu\omicron\varsigma\phi\eta$ notat ipsam $\tau\acute{\omicron}\varsigma$ λόγῃ naturam, 2. Cor. 4. v. 4. Col. 1. v. 15. alia autem phrasis est: *Esse in similitudine, & esse ipsam similitudinem*. Consule Concord. Syriac. Clariss. Philol. Dn. Martini Trostii p. 182. Vide infra Appendic. Ex quibus jam conficitur, quod intendo: Sententiam nempe Reformatorum de ipsà substantia exponentium, recedere à proprietate textûs & litera, & peregrinum significatum vocè $\mu\omicron\varsigma\phi\eta$ imponere.

II. Membr. 1. Recedit à scopo Pauli. (a) Is est, exemplum humilitatis in Christo jam incarnato proponere, quod supra probavi ex nomine Jesu Christi. (b) ex $\phi\epsilon\omicron\nu\eta\sigma\acute{\iota}$ illa, jam sic argumentor: Quicumq; vocem $\mu\omicron\varsigma\phi\eta$ accipit substantialiter, is agit de λόγῳ incarnando, & sic à scopo Pauli recedit. Concedent Reformati, scio.

At qui Calviniani vocem $\mu\omicron\varsigma\phi\eta$ substantialiter accipiunt.

E. Calviniani ita exponentes vocem

cem $\mu\omicron\sigma\Phi\eta$ recedunt à scopo Pauli

III.
Membr.

Recedit à Pauli declaratione Synonymica. Id patet è *connexione vocum Synonymicarum à Paulo positarum*

Sic arguo: Qui est significatus vocum $\omicron\mu\omicron\iota\omega\mu\alpha\lambda\Theta$, $\chi\eta\mu\alpha\lambda\Theta$, $\tau\eta\varsigma\ \mu\omicron\sigma\Phi\eta\varsigma\ \tau\grave{\epsilon}\ \delta\acute{\epsilon}\lambda\omicron\varsigma$

XIX.

idem etiam significatus est $\tau\eta\varsigma\ \mu\omicron\sigma\Phi\eta\varsigma\ \tau\grave{\epsilon}\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$. Ratio connexionis firma

est (1.) *Ex oppositione illà inter has voces,*

1.

quæ non quadraret, si toto genere discreparent significandi. (2.) *Ex confessione Piscatoris in hunc locum, qui ita:*

2.

apparet, (inquit,) *ex coherentia sententiae v. 7 & 8. Apostolum tribus his vocibus*

$\mu\omicron\sigma\Phi\eta$, $\omicron\mu\omicron\iota\omega\mu\alpha$, $\chi\eta\mu\alpha$, *rem unam eandemq; significare.* Et M. Martinus

quosdam ita sentire testis est in Lexic. *P. Forma*, Col. 916. §. sed alii. At qui si-

gnificatus harum vocum est *accidentalis* (laxè termino accepto) non *sub-*

stantialis. E. & significatus vocis $\mu\omicron\sigma\Phi\eta\varsigma\ \tau\grave{\epsilon}\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$ talis est, nempe *accidentalis*,

pro gloriâ & majestate relatè considerata ad creaturas, & ad EXTRA.

Absurditates parit. Nam 1. *sequeretur, Christum non fuisse Deum in*

IV.
Membr.

1.

statu

statu Exinanitionis, si dicatur, formam
Dei notari divinam naturam. Sic arguo:
Forma Dei est Deitas. Major est Re-
formatorum.

Christus evacuavit se formam Dei.
Minor est Pauli.

E. Se evacuavit Deitate ὁ λόγος.

Pergo: Evacuatio est quaedam pri-
vatio (Maj. clara ex definitione Priva-
tionis.)

Evacuatio fuit Deitatis. Minor Re-
formatorum.

E. Christus se evacuavit Deitate.

XX. *Hæc conclusio, sicut & præcedentis syl-
logismi, est absurda. Nam semper Dei-
tas mansit in Filio Dei: non potest e-
vacuari, quæ nunquam desinit operari,
Joh. 5 v. 17. nescit mutari, Jacob 1 17.
nescit variari, Psal 102 26. Hujus Para-
doxi majorem turpitudinem infra
in voce exinanivit videbimus. 2. Se-
queretur, Deum λόγον esse in sua Deita-
te. Conclusio est inepta & ταυτολογική,
quæ ex præmissis infertur.*

Ergo & præmissas oportet ineptas
esse. Syllogismus talis est:

Forma

Forma Dei est Deitas ipsa:

ὁ λόγος Deus est in forma Dei:

E. ὁ λόγος Deus est in Deitate.

Ex vero enim nihil nisi verum sequitur; ex inepto & falso, falsum & ineptum. Deus autem non potest dici in Deitate, sed nihil aliud est, quam sua Deitas, in Deo autem nihil aliud est, quod non sit Deitas. Quæ autem reapse unum sunt essentialia, eorum alterum alteri inesse non dicitur: neque phrasi scripturæ, quæ nunquam dicit filium Dei in Deitate, in imagine Dei, sed ipsum Deum, ipsam imaginem esse. 2. Cor. 4. v. 4. Col. 1. v. 15. Hebr. 1. v. 3. Ipse ergo λόγος est ipsa Dei forma, non in Dei forma: neque phrasi piâ antiquitatis: neque sensu nisi coacto & inepto, ut claret iudicanti sine prolepsis.

(3) Sequeretur, Patrem & Spiritum
S. simili modo dici posse in formâ
Dei existere; quæ tamen phrasibus simplicissimæ Dei essentialiæ exprimendæ minus est accommodata. Esse enim in aliquo, involvit quandam quasi com-

positionis notam, quæ in Deum non cadit.

4. (4.) Absurdum est, impingere S. Paulo obscuritatis studium de industriâ susceptum, quod, cum loqui potuisset aperte (*cum esset verus Deus*) ipsam Deitatem involucro verborum obscuro significasset, cuius nulla potest dari ratio ab adversariis, maximè vero, cum vox *Græca* $\mu\omicron\sigma\Phi\eta$ substantialem significationem respiciat.

V. Refutatur à Calvinianis ipsis, 1. Mus-

Membr. sculo; 2. Calvino; 3. Piscatore, quorum hic & Calvinum & Musculum citat.

Calvin. Videamus 1. Calvinum in Epist. ad Philipp. fol. 386. *Forma Dei hic majestatem significat.*

XXI. *Quemadmodum enim homo ex formæ aspectu cognoscitur: Ita majestas, quæ in Deo relucet, ipsius figura est &c. usq; jure suum erat. Idem paulo post: Forma figuram vel apparentiam significat, id fateor. Idem: Fateor sanè, Paulum de divina Christi essentia non facere mentionem.*

Muscul. 2. Musculum fol. 35. in Epist. ad Phil. *Exemplum, quod nobis in Christo proponit, non est situm in essentia, sed*

sed formæ divinæ inanitione, quæ per incarnationem verbi ac dispensationem salutis nostræ facta est, in quâ magis sub forma servi, quàm sub forma Domini & Dei inter homines conversari voluit, ea submissio non fuit inanitio divinæ naturæ & essentia, sed formæ tantum. Nam etiam sub forma servi mansit vera in Christo divinæ naturæ essentia & c. Finge Regis cujusdam Filiû primogenitû tempore belli aliquandiu formam Regiæ Majestatis exuere, & formam servi vel gregarii militis induere, in quâ illâ servire reliquis omnibus, de illo non rectè dixeris: Is affectus sit in vobis, qui fuit in Regis nostri filio, qui cum naturâ esset Regis filius, inanivit semetipsum, factus servus: neq; enim tali factio Regis filius Regiam originis suæ prerogativam abjiceret, sed formam tantum Regiæ Majestatis per formam servi ad tempus obnubilaret: Consimili modo & de Christo non rectè diceret Apostolus: qui cum esset in essentia & natura Dei, inanivit semetipsum, quandoquidem non naturam & essentiam, sed formam tantum divinitatis Christus homo factus ac formâ servi as-

sumta inanivit, manens interea, quod natura erat. Hoc Musculus. 3. *Piscatorem* in Epist. ad Phil. fol. 1160. Col. 6. cum doctè probasset, per formam Dei vel servi non posse intelligi *ipsam essentiam*, subjicit: *Hunc judico esse genuinum hujus loci sensum, in quem etiam Orthodoxi quidam nostræ ætatis Theologi, Calvinus scilicet & Wolff Musculus Apostoli verba exposuerunt.* Hæc Piscator. 4.

XXII. *Marloratum* in c. 52. Es. v. 14. (quem nomine Genuensium citat Piscator loco dicto b. dicit talem fore Christum, ut &c. usq; ad verba: *gloriam Dei Patris.*

Martin. Philip. 2. v. 6. 5. *Martinium* (citante D. Menzero in Anti-Mart. p. 492. vide infra §. 49. verba illius Martinii) 6. *Muscul.* in cap. 53. Es. fol. 717. super illa: *Obstupescet super te: Formam Christi non intelligit de aspectu & forma faciei illius, sed de externâ vitæ illius, conditionis, sortis illius, abjectionis, passionumq; apparentia.* Musculus allegat locum ad Phil. 2. Psalm. 22. *Ego autem vermis & non homo.* Vide quoq; Musculum in illum Psalmi locum.

Joh.

Joh. Calvinus in Es. 52. 14. rectè explicat, de *Christi ob crucem rejectione*, quodq; ab eo homines *abhorrerint*, & gloria Christi *delituerit sub humilitate* carnis, non conspecta fuerit à vulgo hominum, quod illa *exinanitio* despecta fuerit, quæ fuerit *velum* illius Majestatis, postea per resurrectionem revelata, idq; toto ad Phil. c. 2. loco pertractari, docet. Sic quoq; Oecolampad. *Bullinger*. Omnes, non ipsam $\tau\acute{\omicron}\varsigma$ *λόγῃ naturam*, sed hujus in carne *majestatem occultatam* intelligentes quàm rectissimè: Joh. Coccejus, vir longè doctissimus, eadem pulcherrimè exposuit ex h. l. Esai. & aliis Scripturæ locis, Comment. in Psal. 22. 7. Es. 53. 3. 2. *nullam habuit* (Christus) *in populo dignitatem. Nā neq; Rex, neq; Sacerdos, neq; Levita, neq; Magistratus erat.*

Refutatur à Patribus Ecclesiasticis. Hieronymus in Philipp. 2. Quia se assumptus homo HUMILIARE dignatus est, Divinitas, quæ humiliari non potest, Eum, qui humiliatus fuerat, exaltavit. Sed & illi donatum est nomen, quia ante non

VI.
Membr.

XXIII.

te non habuit. Unde rectius hic locus
 secundum humanam naturam intel-
 ligendus est, *quam divinam.* Athana-
 sius in Orat. 2. contra Arianos. *Illud,*
quod nunc diximus, Exaltavit eum, non
substantiam verbi exaltatam significat. Fu-
 it enim & semper est æqualis Deo, sed
 HUMANITATEM ejus spectat. *Neq; ista*
prius dicta fuere, quam tum, cum jam ver-
bum caro esset factum, ut palam fuerit, il-
lud HUMILIAVIT, & illud EXALTAVIT,
 de homine dictum esse: Cujus enim
 est, humilem esse, ejus quoq; fuerit, exal-
 tati. Et si ob assumptionem carnis hoc ver-
 bum HUMILIAVIT est scriptum, clarum
 manifestumq; est, propter eandem carnem
 illud EXALTAVIT usurpatum esse. E-
 jus enim exaltationis indigus erat HOMO
 ob HUMILITATEM CARNIS suæ & mor-
 tis. Et Ambrosius. Hoc sentite in vobis,
 quod & in Christo Jesu, id est, de DEO &
 HOMINE, qui cum in forma Dei esset,
 inter homines utiq; conversatus, gestis &
 operibus apparebat esse Deus & c. CHRIS-
 tus igitur sciens in forma Dei se esse
 æqualem se ostendit Deo: sed ut humi-
 lita-

litatis legem doceret, *Judeis se comprehendentibus non solum non repugnavit, sed semetipsum EXINANIVIT, h. e. POTESTATEM suam AB OPERE TRAXIT, ut humiliatus OCIOSA VIRTUTE infirmari videretur, FORMAM SERVI accipiens, DUM TENETUR & ligatur, & verberibus agitur usque ad crucem, factus obediens Patri, cui se æqualem sciebat. Item: Servi autem formam accepisse dicitur, dum quasi peccator humiliatur, servi enim ex peccato fiunt, sicuti Cham filius Noë, qui primus merito nomen servi accepit. NON enim MIHI, sicut quibusdam, videtur sic formam servi accepisse DUM HOMO NATUS est. Vide enim, quid dicat: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu i. e. DEO & HOMINE &c. Dei enim Filius HOMO NATUS sic in forma Dei erat, quia cum homo videretur, opera Dei faciebat, ut in rebus gestis appareret Deus esse, qui tantum homo esse putabatur &c. ISTA ergo VIRTUTE CESSANTE, velut homo visus est, item RETINENS VIRTUTEM SUAM ne appareret in eo, ut homo visus est & occisus, qui mori nescit.*

Buce-

Bucerus in Joh. VI. v. 62. *E caelo nobis Christus
advenit, quia, quum ut verbum & virtus
Dei lucem habitaret inaccessam, factus homo
est, & ita in terra in similitudine hominum
nobiscum egit, & specie habitus, ut hominem
se se exhibuit. Quum autem opus, quod ei
mandarat Pater, perfecisset. Patremq; opere
& sermone glorificasset, illi obediens factus
in mortem usq; crucis, dignum fuit, ut Pater
vicissim filium glorificaret. Excitavit ergo
eum a mortuis & in caelum assumpsit non
secundum divinitatem (sic enim semper fuit,
& est in caelo: idem enim substantia est,
quod Pater) sed secundum humanitatem: il-
la ex mundo hoc in gloriam Dei invisibilem,
in lucem illam inaccessam, in plenam divi-
nitatis perfruitionem, translata est.*

*Johan. Oecolamp. in VI. Joh. v. 62.
verba: Prius) Illa persona, Christus
heri & hodie: & si in tempore as-
sumpserit humanam carnem per
Mariam, ille tamen prius in gloria
Patris rediturus. Posset quis dicere:
Numquid Christus aliquo tempore
illam gloriam destitutus? Absit; sed *exi-
nanavit se ipsum*, id est, voluit nobiscum
humiliter versari, quasi dissimulans su-
am*

am divinitatem. *Per dispensationem*
omnia egit, passus est, flagellatus &c.
Id est, cum jam non *versabitur humili-*
ter, quæ humilis cōversatio & assum-
tio hujus servitutis videtur quodam-
modo esse *exinanitio deitatis*. Humili-
avit se in numero *servorum*, qui rex re-
gum est, nec renunciavit regno suo.
Ut rex depositâ coronâ & purpurâ versa-
tur in medio servorum, ut liberet
eos, nec jactat se regem, licet rex sit:
Ita Christus se *humiliavit propter nos*,
etiamsi rex esset, quamvis dignita-
tem non abjecit, tamen non usus est
illâ &c. cum miracula operatus est,
umbram ostendit suæ gloriæ. Jam
non *disimulat* ultra se filium esse Dei.

Rejicitur, quia rationibus futili-
bus innititur 1. *Bezae*. Ideò inquit ille,
vocem $\mu\omicron\varsigma\phi\eta\varsigma$ usurpavit Apostolus, quâ
non nudam in Christo naturam proponere
voluit, sed suis qualitatibus vestitam.
Resp. [a] Beza sibi non constat, nam
eodem loco in notis ad cap. 2. fatetur,
Deitati non competere *qualitatem*, &
deinde non tam *naturas*, quam *natura-*
rum

VII.
Membra

Beza re-
futatur.
XXIV.

rum qualitates attendi dicit. E. sibi
 ipsi respondet Beza [b] *Est petitio prin-*
cipii, voce μορφῆς notare substantiam cū
qualitatibus, quia talis usus vocis hu-
jus neq; est apud sacros, neq; apud
profanos autores Græcos, quod Beza
ἁπλοῦς ἰσχυρῶς ignorare non potuit,
 quia puerō Græcam literaturam di-
 ligentissimè accuratissimeq; versa-
 vit, ut ipse de se scribit Volum. 1. Tra-
 ctat. Theol. præfat. *Secunda Beza ratio*
desumpta à communi & perpetuo omnium
Latinorum Græcorumq; Interpretum con-
sensu explicantium de Substantiis, in not.
 loc. d. Beumler. p. 87. in Dial. Theod.
 Resp. 1. *Autoritas hæc nihil præjudicat*
veritati. (2.) Dico salvâ laude erudi-
tionis Bezae, esse hoc nimis liberale
assertum; hoc nego, omnes ita fuisse in-
terpretatos, & Bezae oppono ipsum
Musculum, qui nostram sententiam
apertè Ambrosio tribuit, in hunc loc.
 comment. Idem facit Zanch. in Epist.
 ad Philipp. c. 100. tribuens nempe
 Ambrosio eandem sententiam. (3.)
 Piscatorem in Epist. ad Philipp. qui sic
 inquit:

inquit: *Veterum sententia non est fidei regula.* 2. Veteres non semper genuinam mentem scripturæ assecutos esse, sed quod caput responsi est, sole clarius contrarium de Patribus probari, §. 23. & infra §. 50. quorum quidam etiam nostræ sententiæ calculum subjiciunt suum.

2. Zanchius c. 100. in Ep. ad Philip. Beckmanno col. 630. Exerc. Ita aliquis ratiocinatur: *Talis forma intelligitur, in quâ potest dici subsistere. At in accidentibus nemo subsistere dicitur. E. per Formam accidentia non intelliguntur.* Resp. 1. Homonymia est in voce ὑπάρχειν, quam Zanchius apud Apostolum strictè accipit sensu Metaphysico, pro ipso subsistendi modo, qui non ab accidentibus, sed ipsâ essentiâ dependet. Itaq; 2. *Principium petit* Zanchius, cum fingit, vocem illam ὑπάρχειν cum præpositione ἐν constructam non notare accidentalem relationem apud profanos sacrosq; autores. At qui verè notat V. Luc. 7. v. 25. Luc. 16. v. 23. Act. 5. v. 4. 1. Cor. 12. v. 18. quibus in locis *accidentalis*

XXV.

Subsistere in re aliqua quid sit

C

talis

alis existimatio rerum innuitur. Responsio itaq; plana est: Christus, quâ homo existit & fuit in divinâ illâ Majestate & gloriâ, quâ tamen se exinanivit, Jam sic concludo: Essentialis forma nunquam potest exinaniri; ratio est, quia sic accidentalis illius modus potuit abesse, pro illo exinanitionis statu; & sic minor corrumpit in Syllogismo Zanchii (in accidentibus nemo subsistit.) Nam dicimur per Hebraismum in aliqua re esse vel existere, cum aliquod accidens habemus, Act. 8. v. 23. Simon ille Magus dicitur in felle amarissimo & nexu injustitiæ esse, pro, habere in se fel amarissimum. Esse in carne, pro, habere carnales affectus. In spiritu esse, hoc est, spirituales motus habere Luc. 16. 23. in tormentis esse Act. 5. 4. esse in potestate. Sic hoc loco, in formâ esse Dei, significat, habere majestatem illam Dei. Hic valdè Emphaticus est Hebraismus, ut rectè Flacius part. 1. Clav. col. 303. n. 4. & 1179. F. adeoq; divinissimam, cujus se tamen usu abdicavit, Christus, ut mori posset,

set, & hoc sensu formam hanc laxè & generaliter dicimus *accidentalē*, quando eam Christus respectu splendoris non exercuit, quo sensu solis splendor nube interceptus posset *accidentalis* dici, saltem posito ad splendorem Relationis respectu. E. Exceptio Zanchii

3. Beckman. Exercitat. col. 658. *Forma* pro $\Phi\upsilon\sigma\eta$ à Græcis accipitur.

Resp. 1. Fallacia *disparium* phrasium committitur. Non quæritur, quid $\mu\omicron\varsigma\Phi\eta$ absolutè significet, sed quid sit $\mu\omicron\varsigma\Phi\eta$ Θεῶν.

2. *Alieni*. Quæritur, quid hoc loco Pauli notet hæc phrasis: nempe, $\upsilon\pi\acute{\alpha}\rho\chi\epsilon\iota\upsilon$ ἐν $\mu\omicron\varsigma\Phi\eta$ Θεῶν.

3. *Consequentis*. Nam, ut ut dicant, XXVI. aliquando, non semper, formam rei essentiam, (Beckmannus col. 646. 647. Exercit.) attamen non sequitur, vocem *formæ* apud Paulum notare Deitatis vel humanitatis ESSENTIAM, ob causas suprâ datas. Nihil obstat, formæ nomen variè accipi. Id enim concedimus, ad ultim. Beckmann: Exercit. Con-

VIII. *Contrariari videtur collationi Adam*
 Membr. *primi & secundi, ad quam Paulus respi-*
cere videtur. Addo hanc thesin,
non ut apodicticam, sed ut topicam,
inservientemq; totius hujus proble-
matis declarationi, nec aspernan-
dam, cum alias Paulo familiaris sit
primi secundiq; Adami collatio. Po-
nam postulatum primum: Adam ad for-
nam Dei creatus est: faciamus homi-
 XXVII. *nem Gen. i. v. 26. בְּצַלְמֵנוּ כְּדְמוּתֵנוּ in*
forma nostra, in similitudine nostrâ,
& v. 27. creavit Deus hominem
בְּצַלְמֵי אֱלֹהִים כְּצֶלְמֵי in forma sua,
in forma Dei. Cap. 5. כְּדְמוּת אֱלֹהִים
in similitudine Dei. Hoc indubium
est utriq; parti. Hæc autem forma &
imago Dei fuit in justitia & sanctita-
te veritatis Eph. 4. v. 24. in agnitio-
ne perfectâ Dei, in gubernatione &
dominio super res omnes creatas
Gen. i. v. 26.

Postulatum secundum. Adamum se-
cundum oportuit non minus gloriâ
& imagine Dei decoratum esse, quàm
primum. Veritas hujus postulati
 certa

certa est ex Paulo Rom. 5. v. 12. &c.
 I. Cor. 15. v. 45. 46. 47. Confirmat Beza ipse in Epist. ad Hebr. c. 2. p. 493. col. 6. *Christus quatenus homo in terris proximus angelis fuit, quum ἀναμάρτητος fuerit ἔδυναμήεν ἐνεργεία, ac ipso etiam Adamo infinitis partibus perfectior, ut qui proximè conjuncta ἔ unita Deitatis praesidio sustineretur.* Hæc Beza.

Tertium Postulatum: Ut Adam hanc xxviii.
 imaginem in ipsa natura habuit humanâ, in quam etiam propagâset illam gloriam, si in innocentia perseverasset, per gratiosam Dei inhabitationem: Ita oportuit Adamum secundum Christum Jesum hanc *formam ἔ imaginem Dei* in ipsa sua natura humanâ habere per hypostaticam ἰδὲ λόγος inhabitationem, inhabitantis σωματικῶς in Christo Col. 2. v. 9. & quidem ita, ut fratres suos sanctificare, ut frater Hebr. 2. v. 17. posset, utq; nos omnes ex ejus plenitudine capere possemus Joh. 1. v. 16. Itaq; hanc imaginem & formam Dei non finitam esse oportuit, sed *infinitam*, ut ex

eâ omnes capere possent, quod ad locum hunc Joh. 1. v. 17. evidenter ex ipsis Calvinianis demonstrari facile potest.

Quartum postulatam. In hac formâ Dei constitutum personaliter hominem Christum (quod vox illa apud Paulû *ὑπάρχων ἐμφατικωτέρῳ* voce ὄν) oportuit se eadem formâ ad tempus exuere, ut solveret, quod non rapuerat, Psal. 69. v. 6. ut lueret superbiam primi Adami, sapuit illam *ἀκραν ταπεινοφροσύνην*, extremam humilitatem, ad quam hortatur Apostolus, in hoc loco ad Philip. Rectè Straccius in Postill. Dnca Palm. Epist. fol. 147. Christus hat mit seiner Göttlichen Majestät/Wesen/dignität/nicht gepranget/noch sich derselben überhaben &c. und müste also büssen den Ungehorsamb unser ersten Eltern / die wolten Gott gleich seyn. Atq; ex his conficitur, Christum quâ hominem verè in forma & gloria Dei fuisse, cujus ille radios & exinanitionis profundissimæ periodum illam retraxerit, cujus
causa

causa quoque; Christus dicitur super omnes esse Joh. 3. v. 31. Dominus de caelo 1. Cor. 15. v. 46. Sed exiit se illo *dominatu & factus servus* omnium despectissimus, ut infra in voce *Exina* *nivit* latius. Placet verò Musculo nota ad locum illum Joanniticum *Cōment. fol. 102. Quomodo supra omnes erat, hoc est, mortales omnes, imò omnes creaturas, ne quis angelos eximat.* Jam tum exellebat, cum juxta Prophetam dictum, *omnium esset novissimus, nec reputaretur, & sicut Psal. 22. conquiritur &c.* Hæc Musculus. Eam autem verè divinam & infinitam esse, ut omnibus possit esse sufficiens, ejus gloriæ per salvationem communicatio, à morte, peccato, Satanâ (malis infinitis) liberatio, oportuit.

III. NON RAPINAM ARBITRATUS EST.

2. Corruptel. in his: *Non rapinam arbitratus est.* (præteritis Photinianis) Reformati hunc eliciunt sensum: non rapuit Dei æqualitatem, quia

eam per naturam habebat, & tamen se ita exinanivit, ut homo fieret & incarnaretur. Sic Beza in not. ad h. l. Aret. Bulling. Hemmingius, Zanch. Col. 100. in h. l. Gyalter. in homil. archetyp. in h. l. Strigelius, interpres dialogorum Theodoretii, phrasin illam ἀρπαγμὸν ἠγάθηται, simpliciter vertens, pro rapere p. 225. Dial. i. a. p. 826. Verum *sententia nostra ita habet: Christus, quæ humanitatem, cum esset ob unionem personalem in ipsa ἰδὲ λόγῳ forma & majestate, tamen eam non ostentavit, imitatus triumphantium superbiam. Loquitur ergo de Christo secundum humanitatē, participante DEI formam per unionem personalem, non Deitate, semper eandem habente per æternam generationem.*

Vera Lutherano-
rum sen-
tentia.

Syllogis-
mus pro
Sentent
Luther.
XXXI.
I.
Membr.

Confirmatur hæc interpretatio
1. *Expressâ textus literæ, quæ non de-
stituenda temerè. Nam si probus es-
set sensus Reformatorum, dixisset A-
postolus: ἔχ ἠρπαξε. Nunc autem di-
cit: ἔχ ἀρπαγμὸν ἠγάθηται, non rapi-
nam arbitratus est, ἀρπαγμὸν pro di-
reptio-*

reptione; verbum ἠγέουμαι significat
putare, aestimare, ut Act. 26. v. 2. 2. Cor.
9. v. 5. & hoc ipso capite ad Phil. v. 3.
& 25. c. 3. v. 8. & aliàs. Syrus vertit
ܐܘܨܘܢ & utitur hac voce simplici-
ter pro ἀεπαγῆ Matth. 23. 25. Luc. 21.
39. Hebr. 10. 34.

2. *Non est coacta.* Nam phrasin, *non*
rapinam arbitratus, exponere per hanc,
non rapuit, *coactum est exponendi ge-*
nus, nec potest ex ullo autore Sacro
vel profano confirmari. Nam ἀε-
παγμὸν ἠγείσθαι sensus simplicissimus
est, *Christus qua homo, in forma (gloria*
ac majestate Dei) existens, eam non pro
rapina habuit, ut ostentaret eandem,
sed exinanivit se ea.

3. *Predicatus consona, & subjectis suis*
est. Etenim praecedit *subjecti loco, ex-*
istens in forma; sequitur: non rapi-
nam arbitratus est. Jam praesuppo-
no: *Talia sunt predicata, q̄valia permit-*
tuntur à suis subjectis. Propositionis
Subjectum non loquitur de Christo,
qua Deitatem; illius Propositionis
praedicatum non congruit eidem

C5

Christo

Christo, quâ Deitatem. Atqui hujus propositionis *Subjectum* (*in forma Dei existens*) non loquitur de Christo, quâ Deitatem, supra præcedentibus paragraphis hoc probatum. Ergò nec illud prædicatum (*rapinam arbitratus est*) potest de Christo, quâ Deitatem intelligi. *Arguo sic*: Qui est æqualiter Deo, is non rapinam est arbitratus. Atqui *Christus, quâ homo, non quâ Deus, est æqualiter Deo, id quod à Paulo post confirmabitur. Ergò Christus, quâ homo, non quâ Deus non rapinam arbitratus est. Ex quibus animadvertimus, expositionem hujus sententiæ (non rapinam arbitratus est) de humanitate Christi intelligendam esse, quippe quæ cum antecedentibus & consequentibus pulchrè conveniat.*

3. *Addo & hoc*: Talis *arbitratio negata* pro rapina hîc intelligitur, quæ adversetur *operationi* & *κένωσει* illi. Nam hæc conjunguntur immediatè per adversativam *ἀλλά*. Sed simplex *raptus* (qui de Christo negatur) non congruit cum illa adversativâ *ἀλλά*.

Ergò

Ergò nec *simplex raptus* intelligi potest de Christo negatus. Sed ita: Christus majestate suâ non ut rapinâ abusus eam ostentavit, de hostibus *triumphavit, aut insultavit*, sed primò *obediens factus* Deo Patri & viam humilitatis ingressus omni se gloriæ usu exiit, ut posset pati & mori.

4. *Ipsi statui Exinanitionis accommoda*
 Præsuppono autem hanc hypothesin certissimam. (a.) Christum quâ hominem verè in statu Exinanitionis in gloriâ ipsius Dei fuisse vel formâ, ut supra evici. (b.) Christum quâ hominem non ostentâsse, aut magnificè se gessisse in illa gloria in quâ verè fuit, ut Dominus gloriæ, & sic hanc gloriam non ostentâsse, ut solent triumphatores suas rapinas. Hoc patet (1.) *ex gloriâ miraculorum*, quâ se non ostentavit, sed potius prohibuit, ne illa omnibus propalaretur Marc. 7. v. 36. (2.) *Ex gloriâ Transfigurationis* Christi in monte, quam noluit revelari ulli, priusquam absolvisset opus redemptionis in cruce Matth. 17. 19.

Prece-

XXXIII.

4.

Membr.

*præcepit discipulis suis Iesus dicens, ne cui
 dixeritis visionem, donec filius hominis à
 mortuis resurgat. Theoph. in h. l. διὰ τὴν
 ταπεινοφροσύνην παρεγγέλκει μηδενὶ εἰπεῖν,*
 propter humilitatem præcepit ne-
 mini dicere. Conferat. Calvin. Epist.
 ad Philipp. fol. 368. *Semetipsum exina-*
nivit. Hæcerat illa exinanitio, quâ o-
 cultavit gloriam illam divinam in se,
 tanquam in templo augustissimo De-
 itatis, Col 2. v. 9. *in tentorio & scenâ,*
 Joh. 1. v. 14. ipsius verbi, quam tamen
 ille obnubilavit formæ illius servilis
 nube. Objicis: Ergò in statu exalta-
 tionis ita gloriam rapinam arbitra-
 tus est? Verissimè. Tunc enim quod
æqualiter esset Deo, rapinam arbitra-
 tus est, & hoc gloriæ suæ decus osten-
 tavit, educendo de conclusione vin-
 ctos, & de domo carceris sedentes in
 tenebris, Es. 42. v. 7. Sicut convenit
 liberare captivos ab hostibus trium-
 phatis, captivitatem à forti sustulit,
 & quod ablatum fuerat à robusto, sal-
 vavit, & hostes nostros, qui nos judi-
 caverant, (damnaverant) judicavit
 Esa.

Esa 4
 Satar
 triur
 Satar
 do 2.
 pecca
 2. Co
 Chri
 riam
 descr
 altum
 dona
 ipse v
 valid
 aular
 bet.
 dior
 ram
 spolia
 stum
 arbit
 form
 get, i
 hypo
 trium
 glori

Esa 49. v. 9. 25. 26. *Hi hostes erant lex,*
 Satan, peccatum, mors. De lege
 triumphavit, satisfaciendo in cruce.
 Satanâ, moriendo, eumq; ejicien-
 do 2. Tim. 1. Hebr. 2. Joh. 12. v. 31. De
 peccato, hostia pro peccato fiendo
 2. Cor. 5. De morte, vincendo. Hunc
 Christi triumphum, in quo verè glo-
 riam suam rapinam arbitratus est,
 describit David Psal. 68. *Ascendisti in*
altum, captivam duxisti captivitatem, &
dona dedisti hominibus. Prædixerat
 ipse verus David Luc. 11. v. 21. 22. Cum
 validus quispiam armatus custodit
 aulam suam, in pace sunt ea, quæ ha-
 bet. Postquam cum quispiam vali- xxxiv.
 dior invadens vicit, totam armatu-
 ram ejus aufert, quâ confidebat, &
 spolia ejus distribuit. Audi Chri-
 stum distributurum, & sic rapinam
 arbitraturum esse gloriam illam &
 formam Dei: At quis Christianus ne-
 get, in ipsâ humanitate & per hanc
 hypostaticè filio Dei unitam, hunc
 triumphum peractum esse, namq; sic
 gloriæ illius participem extitisse,
 quam

quam ad tempus passionis occultaverat. Ita Apostolus ad Col. 2. hunc triumphum vivis coloribus depinxit *Chirographi deletionem* v. 14. quâ Christus pro nobis solverat, quod non rapuerat Psal 69. v. 6. *Principatum expoliatione & ostensione*, quâ per gloriosam resurrectionem omnia restituit, quibus nos Satan privârat, quod uno justitiæ nomine velut circulo complexus est Apostolus Rom. 4 v. ult. & dulcissimo ἐπιδικάω 1. Cor. 15 v. 55. ubi morsus tuus, ô mors, inferne, ubi victoria tua? Caput dictorum est: Christus in statu Exaltationis, verè formam illam Dei, in quâ etiam juxta humanitatem fuit, ut rapinam arbitratus est, eamq; ostendit 1. Resurgendo de morte. 2. Descendendo ad inferos, de diabolo, ascendendo de omnibus hostibus triumphans, & sic gloriam suam ostentans.

XXXV.
membr.

5.

Prisca triumphantium consuetudini congrua est nostra expositio de negata ostensione gloria. Etenim non potest esse dubium, Paulum pro consuetudine sua

suâ de quâ §. præced. his verbis respi-
 cere ad triumphum Christi spiritua-
 lem, ejusq; ostentationem, quâ de
 Christo *negat, constituto adhuc in statu*
Exinanitionis: aliâs constat, quomo-
 do triumphantes ostentare rapinas &
 spolia sua ad inimicorum soliti sint
 opprobrium, de quo 1. Sam. 21. 9. *Da-*
vid victor Goliathi arma in tabernaculo
reposuit, eadem postea ad rei memori-
 am in Domini tabernaculo recondi-
 ta sunt 1. Sam. 22. 10. Philistim Sau-
 lis devicti arma *in templo Idoli Astba-*
ror aservabant 1. Sam. 31. v. 10. Ex pro-
 fanorum monumentis res notior est,
 quâ ut mereatur *διέξοδος*. Plutarch.
 de fortitud. Roman. Idem in Fabio.
 Dionys. Halicarn. lib. 5. Antiq. Rom.
 Plin. lib. 31. c. 1. Textor offic. c. 723. &
 Blondus Floroliviensis de Roma tri-
 umphante lib. 10. Polydor. Virgil. l. 2.
 c. 16. Zwinger. in Theatr.

Confirmata à Piscatore in b. l. ad Phi-
lipp. p. 1160. non ostentavit illam gloriam
suam divinam sicut victores spolia sua bo-
strib; detracta ostentare solent in triumpho,
sed

Membr.

6.

XXXVI.

sed gloriam illam occultavit. Et paulo post. Hac expositio hujus versiculi confirmatur tum ex ipsâ phrasi, quæ metaphoram habet à triumphatoribus deductam, tum ex antithesi, quæ habetur v. seqv. ubi ait, sed ipse se exinanivit. &c. Johan. Stracc. in Postillis Epist. Dom. Palm. fol. 147. Col. a. Christus hat mit seiner göttlichen Majestät / Wesen und dignität nicht gepranget / noch sich derselben überhaben / wie Lucifer thät. Apoc. 12. &c. Hæc Straccius.

Cōclusio
Luthera-
ni rectè
conclu-
dunt.

Cōcludo ergò. Quæcunq; interpretatio
1. *literâ textus expressa: 2. non est coacta.*
3. *antecedentibus & consequentibus consona: 4. ipsi statui Exinanitionis accommodata: 5. Consuetudini triumphantium, (ex quâ Paulus phrasin illam desumpsit) congrua: & 6. ab ipsis adversariis confirmata, ea est proba, contraria non item.*

XXXVII.]

Atqui talis est nostra expositio. E. proba, contraria improba & incommoda.

IV. ESSE ÆQUALIA DEO.

10.
Membr.

Corruptel. in his: Esse æqualia Deo, quæ verba

verba simpliciter de æqualitate es-
sentia inter Patrem & Filium accipi-
unt Reformati. Ita interpretes o-
mnes, quos in superioribus citavi, &
cum his Hyperius in Meth. Theol.
p. 113.

Nostra sententia ita habet: Christum,
quæ hominem, ob unionem hypostaticam,
cum λόγῳ constitutum, fuisse in æquali glo-
riâ τῷ λόγῳ. Cujus expositionis veritas
sequentibus confirmatur: quia (i.) ex-
pressâ textûs literâ nititur. Etenim,
si essentia Patris & Filii æqualitatem
probare intendisset Apostolus, sine
dubio dixisset, *ἰσὺν in Masculino*, non
ἰσὴν in Neutro, sicut aliàs Christus
Joh. 5. v. 18 dicitur, se *ἰσὺν τῷ Θεῷ* face-
re. Et in *Athanasii Symbolo*: *ἰσὺς τῷ πατρὶ.*
Nec potest idonea hujus generis neu-
trius allegati ab Apostolo ratio dari,
quæ nostrum sensum subleuet, ita, ut *ἰσὴν*
pro *ἰσὺς* adverbialiter dictum pute-
mus, atq; sic non est necessum, cude-
re hîc *Ellipsin*, hoc pacto, deesse τὰ ἑαυ-
τῷ ἰσὴν εἶναι τῷ Θεῷ, quæ tamen admitti
posset, quippe fidei ἀνάλογα, & sensui
nostro

Exposi-
tio verâ
Luthera-
norum.

I.
membr.

D

nostro

nostro non est aduersa, qui emergit ex ipsâ voce ἴσα, *adverbialiter* usurpata, & qualitatis significata adhibita, quorum Syrus respexisse non immeritò dicitur, vertens, *non rapinam arbitratus est*, quod esset in similitudine Dei. Et sic vox ἴσα *similitudinem* notabit hoc sensu: Christus, quâ homo, *simili gloria fuit*, quâ ὁ λόγος. Quin etiam ἴσος apud Græcos idem est, quod ὅμοιος, teste Proclo in Scholiis Hesiodi, ex Edit. Dan. Heinsii v. 1603. p. 82. Col. a. τὸ ἴσον (inquit Proclus) ἀντιτῆ ὁμοιον οἱ πάλαιος λέγουσιν. Quemadmodum autem Filius similiter omnipotens dicitur, sicut Pater, ubi notatur, eandem omnipotentiam Patri & Filio & Sp. Sancto communem, & eandem esse per essentiam, in Symbolo Athanasii: sic hoc loco habet humanitas eandem, & est in simili gloriâ cum Deitate; hoc est, eadem per personam eandem, in qua utraq; natura subsistit.

XXXVIII

2.

Membr.

(2.) Sensui Grammatico & Usui Auctorum Græcæ lingvæ accommoda. Nam *Adjectiva Neutrius Generis* poni ad-

adverbialiter, magno consensu docent
 Grāmatici, Gvalther. part. 1. Gramm.
 Hadri. Junius in voce *πρώτα*. Posfel.
 in Synt. p. 166. Frid. Sylburg. in Synt.
 Apollon. Alexandr. de Syntaxi lib. 1.
 c. 9. p. 38. n. 17. Nec desunt exempla
 probatorum autorū in hunc usum,
 & quidem in hāc ipsā voce *ἴσσι*, pro
ἴσως posita, ut 1. Homer. Odysf. O. fol.
 144. mihi v. 37. τὸν νῦν ἴσσι θεῶ ἰτακῆσιοι
 εἰσρηῶσι. *Huic jam æqualiter Deo Itha-*
censes suscipiant, agens de Telemacho
 suscepto ab Ithacensibus. 2. Thucidi-
 des, fol. m. 88. recitans Orationem
Mytilenorum ad Lacedæmanios legatorum,
 petentium suppetias ab iisdem, ar-
 gumentumq; ducentium ab unitate
 religionis, ob quam eis oporteat suc-
 currere, tanquam ὁμοπίσις ἐν τῷ ἱερῷ τῶ
 Διὸς ὀλυμπίῃ ἴσσι καὶ ἰκαίται ἐσμεν, ubi
 vocem hanc *ἴσσι* Scholia illa vetusta
 & Synoptica, curā Henr. Stephani
 adjecta, ita explicant, in margine ὁ-
 μοιοι καὶ ἴσοι ἰκέσται ἐσμεν, similes & æqua-
 les supplicibus sumus. Ergo & hic
ἴσσι pro *ἴσως* καὶ ὁμοίως positum: sicut

& vox ἴσον in singulari usurpatur adverbialiter pro ἴσως, ἴσον ἀπέχειν, æqualiter abesse, apud eundem Thucydidem. 3. ἴσα βαίνειν, Bud. in Epist. prioribus æquis passibus ire, pro ἴσως dictum videtur. Phrasis extat apud Stephanum in thes. voce βαίνω. Hadr. Jun. in voce ἴσως. 4. Lascaris (citante Hadrian. Jun.) ἴσα τε μαιονίδε τέρπετο σοῖς ὑπέροισ. 5. τὰ ἴσα significat paritatem & conditionem, τὰ ἴσα νέμεν, paria adeptus, parem statum & conditionem, & Dii dicuntur τὰ ἴσα νέμοντες. Vid. Junius in voce ἴσος, æqualem statum tribuentes vel parem.

Idem usus neutrorum adverbialis est quoque in voce πρώτα pro πρώτον. Hadr. Jun. in voce πρώτα; & in vulgato: πρώτα Θεὸν τιμᾶ, μετέπειτα δὲ σέιο γονῆας. Pertinet huc & illa ὄξεια κεκληγῶς apud Homerum, δεινὰ κέκραγεν, Aristophan. Quam loquendi rationem Latini nonnunquam imitati. Virgilius:

XXXIX

Insveta rudentum; & alibi:

— Stat acerba fremens.

Itaque Phœnix literaturæ Græcæ Jo-
ach.

ach. Camerar. in notat. figur. in h. l. ad Philip. *Si quis*, inquit, ἴσα generaliter in neutro genere accipere συνθετικῶς, τὸ εἶναι αὐτὸν ἴσα Θεῷ, id est, ἐν ἴσα seu ἴσων, hoc ab usu Græci sermonis non est alienum. Hæc *Camerarius*. Sic vox illa ἰσότης quoq; accipitur de æquali honore & dignitate Dei, 2. Macc. 9. v. 12. μὴ θνητὸν ὄντα ἰσότητα φερεῖν: de præstantia donorum, quâ velut Dei similitudo inter mortales describitur. Sic *Homerus* verum divinis virtutibus præditum vocat ἰσότηον *Odysf.* a. De *Telemacho* loquitur. Et sic *Christus* ut homo non dicendus ἴσος Θεῷ, ne naturarum confusio induci videatur, sed ἰσότης, vel ὁμοότης. Ut enim *Gregorius* in sermone Paschali vocat, & *Damascen.* lib. 4. c. 19. fol. 355. propter unionem secundum hypostasin & caro deificari dicitur. Ex quibus jam hujus phraseos (ἴσα Θεῷ) usus est & sensus: *Christum nempe, quâ hominem, in ipsâ Dei gloria & majestate constitutum fuisse, in ipso etiam exinanitionis statu.* Enallage gemina in

genere & numero aliena est, nec potest idoneis autoribus confirmari, quam adfert in h. l. ad Philipp.

3.
membr.
XL.

(3.) *Præcedentibus & consequentibus consentanea.* Qui fuit in Dei forma, is etiam fuit æqualiter DEO. Atqui Christus, quia homo, fuit in forma DEI. Ergo etiam Christus, quia homo, fuit æqualiter DEO. D. Joh. Coccejus in Hebr. 2. v. 5. p. 103. *Minoratio hæc non tantum significat κένωσιν, sive eam exinanitionem, quâ hic homo (SEMEN, quod regni DEI causa minoratur) non est ἰσὺ θεῶ, instar DEI, in mundo: sed etiam ταπεινώσιν εἰς ὑπακοήν, humiliationem ad obedientiam, nempe illius præcepti, quod per angelos datum est &c.* E. non quâ Deus *Cum Consequentibus*: Qui fuit æqualiter Deo, is se exinanivit. Christus quâ Deus se non exinanivit; probabitur cum Deo in ipsa phrasi, *Evacuavit. b E.* Christus quia Deus, non fuit æqualiter Deo, sed ipsa *æqualitas.* *Æqualiter* verò dicit modum quendam ac *habitudinem* (ut sic loqui liceat) *personalem*, cujus beneficio ipsa Christi *humana-*

huc
per
eser
resp
qua
bet.
Eut
nob
nan
στοι
tius
tis
(
pat
par
cedi
nem
no
ind
fol
erg
ea
no
est
ip
ear



humanitas eandem gloriam habuit
personaliter, quam quæ Deus habuit
essentialiter. *Modus autem ille* nullo
respectu in Deitatem cadit, quippe
quæ eam ab æterno simplicissimè ha-
bet. Nec tamen inde inferri potest
Eutychea confusio naturarum, toties
nobis præter meritum impacta;
nam hæc Majestas λόγῳ conveniens
ἰσχωδῶς, carne ὑποστατικῶς τοιαυτὸ πο-
tius, quam τὰυτὸ respectu humanita-
tis dicenda erit.

(4.) *Ab ipsis Adversariis approbata.* Ita
patet partim ex superioribus dictis,
partim ex eo, quod ipse *Calvinus con-*
cedit, in ipso Christo *DEI fuisse imagi-*
nem, ita ut tamen *abjectus fuerit exter-*
no conspectu, quippe cum servi *formam*
induisset. Comment. in Epist. ad Phil.
fol. 481. in v. 7. *Se exinanivit.* Quæ
ergò in Christo fuit imago DEI, certè
ea fuit in assumpta humanitate, cum
non possit esse in Deitate, quæ non
est *in imagine*, sed ipsa *imago*, quæ cum
ipsa humanitate personaliter unita,
eandem radiis suis illustrem fecit cū
volu-

XLI.

4.

Membr.

Conclu-
sio Syllo-
gismi.

voluit, aliquando tamen velo obdu-
xit, Calvinus d. l. & occultam tenuit.
Palmam ergo sibi suo vendicat jure
nostra interpretatio: 1. litera textus
expresfa: 2. sensui grammatico ac-
commoda: 3. præcedentibus & con-
sequentibus consona: 4. ab adverfa-
riis approbata.

V. SED EXINANIVIT SE-
IPSUM.

Corruptela in his: Se exinanivit. Re-
formati ita efferunt sensum: ὁ λόγος
seposita ad tempus majestate sua naturam
humanam assumpsit, adeoque incarnatus est.
Beza volum. 1. fol. 615. Sadeel. p. 270.
de V. H. N. Verum de *exinanitione in*
carnationis non esse sermonem acci-
piendum Apostoli, sed de *exinanitione*
passionis & humiliationis in assumpta
Christi carne, patet ex superioribus;
ut demonstratum est, Apostolum *age-*
re non de λόγῳ incarnando, sed jam in-
car nato. 2. Idem patet ex eo, quia in-
telligitur hic exinanitio illa majesta-
tis divinæ non in natura ipsius λόγῳ,
sed

XLII.

sed in assumpta carne, in qua forma illa DEI exinanita & evacuata est. Thesis nostra gaudet palma veritatis, quod liquet ex sequent. rationibus.

I. *Expresfa textus litera*, ubi, quid nomine $\kappa\epsilon\nu\omega\sigma\epsilon$ Θ veniat intelligendum, inquirendum est diligentissimè. Dico summam: Christus $\Theta\kappa\epsilon\nu\omega\sigma\epsilon\ \epsilon\sigma\upsilon\lambda\omicron\nu$, hoc est, evacuavit se actu secundo gloriæ suæ & operatione Deitatis non intotum (ob gloriam miraculorum Joh. 1. & 2. ob transfigurationem) sed intantum, gloriam suam non minuendo, sed supprimendo, in conspectu hominum deposuit. Calvin. in Phil. 2. 7. ut mori posset & pati. Notatur itaq; quædam operationis inhibitiõ. Sic aliàs vox hæc $\kappa\epsilon\nu\omega$ de subitâ vel depositâ operatione usurpatur 1. Cor. 15. 10. Gratia DEI non fuit in me inanis, hoc est, plurimum operata est. Ergò $\kappa\epsilon\nu\omega\varsigma$ in contrarium est ille, qui est sine operatione. Et $\kappa\epsilon\nu\omega$ operatione me privo, Act. 4. v. 25. Populi meditata sunt $\kappa\epsilon\nu\alpha$ vana, incasum, quæ sunt

D 5

sine

Luthera-
na con-
firmatur
rationi-
bus.

I.
membr.

sine depositione vel subtractione o-
 perationis, & his locis 1. Cor. 15. v. 14.
 2. Cor. 6. v. 1. Gal 2. v. 2. Phil. 2. v. 16. Di-
 citur & is esse κενός, qui re aliqua orba-
 XLIII. *tus est*, quæ ei debebatur jure, ut
 Marc. 12. v. 3. Luc. 20. v. 10. vel quam
 habebat ante Luc. 1. v. 53. Et sic κενόειν
 nihil aliud est, quam se evacuare ea
 re, quam quis habet, & hoc sensu me-
 dicamentis purgantibus tribuit κενώ-
 σιν Medicus, ut notat Hadr. Jun. in
 voce κενόω, quippe humores crudos
 expellentibus. Erasmi in not. ad Curt.
 lib. 4. citat. *Exinanire* exercitum, pro
 exhaurire. Cicer. Orat. 7. in Verr.
Exinanire navem Plin. l. 10. c. 60. hor-
 reum, domos, Verr. 1. Cicero. Syrus
 utitur radice πῆδ. Eodem 1. Cor. 9.
 v. 15. unde nomen πῆδ vacuus, ca-
 vus. Consulantur Buxtorf. Schindl.
 Trostius, Guido Fabric. in *Lexico*
Septuaginta Interpretes phrasi κενόω u-
 tuntur, Jer. 14. v. 4. de extremâ vasti-
 tate, de muliere orbatâ filiis suis,
 cap. 15. v. 9. Idem Hieremias. Hic
 phrasium parallelismus lucem infert
 toti

toti quæstioni, & talem Syllogismum
parit:

Cuicunq; naturæ in Christo potest
in sese competere operationis inhi-
bitio, sublatio, evacuatio, illa natura
in Christo se exinanisse creditur,
(major reciproca; Hinc subsumo:)

Atqvi ἡ λόγος naturæ divinæ non
potest in sese competere talis exina-
nitio, evacuatio, operationis inhi-
bitio. Minor probabitur infra ipsis
Adversariorum testimoniis.

Ergò τῷ λόγῳ in se non potest tri-
bui talis evacuatio.

2. *Exinanitionis descriptione Apostolicâ* 2.
& Evangelicâ & Prophetica. membr.

(1.) Est defectus à DEO & quædam XLIV.
defectio, Hebr. 2. v. 7. *Fecisti eum paulò*
inferiorem Angelis. Hæc verba de Statu
Exinanitionis loqui qui negat, negat
ipsum solem. Desumpta verò ex Ps.
8. v. 5. אֵין אֵין אֵין, quæ vox notat *defe-*
ctum & inopiam, ut ex collatione lo-
corum patet, & metaphrasi septua-
ginta interpretum, qui eam per
ἐλαττονέω ἐλαττώ, ἐνδεής γίνομαι, ὀπίθεομαι
&c.

&c. circumloqvuntur. Beza ipse hoc fatetur in not. ad cap. 2. Hebr. v. 9. §. Qui paulisper. Vox in Græc. significat, facere inopem & egenum, & propriè de eo dicitur, non qui talis (Genus) abominatio fuit, sed de eo potius, qui ex altiore gradu in inferiorem recedit &c. Hæc Beza. Jam sic arguo: Secundum quam naturam Christo convenit defectus ille, & quidem ad breve tempus dejectio ex altiore gradu in inferiorem, ut Beza explicat, secundum eam se ἐκένωσε: At qui secundum humanam naturam convenit Christo ille defectus. Ergo. Calvin. in Philipp. 2. 7. Hæc exinanitio non convenit, nisi soli humanitati. Johan. Cocceius in Ps. 8. 6. doctissimè, ut solet, hæc verba, de Christo, quæ homine, explicat, qui dictus filius hominis est, & exinanitus infra Deum, angelos, homines, citans locum ad Philipp. 2. v. 6. 7. & Esa. 49. v. 7. ubi Christus servus principum vocatur. 2. Ελάττωσις minoratio sui (ut liceat loqui) præ angelis: magna est Emphasis

phasis in voce, notante statum aut qualitatem viliores & ignobiliorem Joh. 2. v. 10. de vino minus generoso. Rom. 9. v. 12. de Esavo, Jacobo postposito. Hebr. 7. v. 7. de sacerdotio Levitico non tam præstanti, quàm Melchisedechianum. Joh. 3. v. 30. Baptista de usurpat. Oportet, inquit, me minui. LXX. Interpretes verbum hoc ἐλαττώ usurpant pro ἵσθμι Psal. 8. 6. Ergò ex constanti Græcorum usu vox hæc notat *minorationem vel dejectionem ex statu sublimiori in viliores, & honoris velut degradationem*, ut pluribus exemplis probat Stephan. in Thesauro & Budæ. in Comm. Loc. G. c. 1069. n. 23. & quidem præ angelis. Jam ita:

Quicumq; (colligo) præ angelis minor factus dici potest, adeoq; honore vilior factus est, διὰ τὸ πείθημα, ut est v. 9. 15. se evacuavit illo statu suo.

Atqui Christus, quia Deus, non potest dici minor angelis factus, aut honore vilior; aliàs i. sequeretur & ipsū Patrem & Spiritum sanctum esse viliores factum. 2. sequeretur Christum,

XLV.

stum, quia Deitatem, non fuisse adora-
tum ab angelis. Ergò Christus quia
Deus non potest dici se evacuasse, sed
juxta humanitatem est ἐλαττώμενος,
atq; ita se evacuavit, quia in hoc filius
DEI passus fuit. Hebr. 2. v. 9. *Cernimus
hunc Jesum minoratum per passionem,
gloriâ & honore coronatum.* Idem fa-
retur Andr. Hyperius in Philipp. 2.
*Non enim sic inanis se intelligendus est
Christus, quasi exhauferit & reliquerit su-
am naturam, quam antea semper habuit:
sed quoniam illa dissimulata & velut tecta,
alteram multò contemptiorem ad se rece-
perit. Quemadmodum si Imperator ex-
ercitus, in aliquo eventu suscipiat perso-
nam militis aut exploratoris (id quod so-
lent aliquando summi Imperatores) non
propterea desinit esse Imperator (tametsi
qualis est hæc similitudo & collatio rerum
humanarum cum divinis?) Ita cum Chri-
stus sumsit formam servi, propterea Deus
nequaquam esse desit. Hæc Hyperius,
rectè docens, in quo exinaniverit
Christus, nempe dissimulando & te-
gendo divinam naturam. Id quod si-
mili*

mili, ab Imperatore desumpto, declarat, formam exploratoris sumentem. Itaque forma illa non est natura vel essentia Imperatoris. Sic nec forma servi in Christo est ipsa humanitatis natura vel essentia. Quo simili quoque usus est supra Wolffgangus in h. l. Muscul. Chr. Beckmann. Exercit. XII. p. 629. *Quatenus formam servi acceptam non semper, nec ubique, nec omnibus, quibus potuit, modo, suam potentiam, gloriam & Majestatem (quæ formam DEI comitantur) exseruit, sed ab eadem libens pro tempore abstinuit, Joh. 1. 4. dicitur πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Col. 2. 9. In ipso habitat πᾶν πλήρωμα DEITATIS. At rursus sub extremum vitæ maximè abstinuit ab usu potentiae & majestatis, ut veluti eadem vacuus apparuerit. Hinc tanquam maleficum & à Deo percussum Judæi eundem reputarunt. Hæc ille. Et Col. 628. Declaro. Rex thronum suum reliquit ornatumque regalem aliquandiu abjecit, ut prodesse queat subditis: Nihilominus in se Rex permanet, nihil axiomatis remittit. Quomodo Rex Atheniens. Codrus*

Orus depositis insignibus imperii, famuli vultum induit, ac *palantium hostium globo se objecit*. Hæc Beckmann.

Ergo exinanivit se Christus I. ab usu potentiae & majestatis abstinendo. 2. Vultum servi induendo, ut fateretur Beckm. Non verò, naturam humanam exuendo, sed hujus gloriam. Hinc patet Christum, quia hominem sese exinanivisse, gloriæ divinæ usu se abdicando. Non verò Christum, quia λόγος est, assumendo carnem, se exinanivisse. Idem probat III. Membrum.

3.
membr.
XLVI.

Humilis obedientia ad mortem. Ita enim hujus exinanitionis consequens describit Apostolus hoc ipso loco ad Philipp. *Obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis.* Et in hac obedientiâ consistere exinanitionem, constat quoque ex Ebr. 2. v. 9. Illa autem obedientia congruit non nisi *humana natura*, quæ potuit mori, quæ venire potuit, Ps. 40. 8. Hebr. 10. v. 5. In hoc ergo solùm filius DEI exinanitus, in hac passionem recipiens,
nec

nec potentiam suam, in hac & per hanc
exferens. In hac humanitate petiit
Abba pater, si possibile est, transeat à
me calix iste. Hæc erat illa obedi-
entia!

4. *Bibitio è torrente in viâ.* Psal. 110.
v. ult. Secundùm quam naturam bi-
bit Christus? per eam utiq; , juxta
quam calicem accepit, quem depre-
cabatur, ut supra. *Torrentis ille Sata-*
nicarum tentationum erat, quæ ipsi
sudorem sanguineum expresserunt.
Usq; adeò haustus ille sanctissimas
Christi osium compages penetravit,
vel si mavis Psalten (*cum Aretio Filino*)
de victoriâ Christi exponere, quâ ho-
stes suos vicit, eorumq; olim sangvi-
nem bibiturus est, condemnando e-
osdem: annon hæc omnia Christo
etiam quâ homini conveniunt, qui
quâ homo, quâ DEUS Redemptor no-
ster agnoscitur & adoratur?

Huc referenda est totius Christi Exina-
nitiois descriptio apud Esaiam cap. 53.
v. 14. & seq. ubi Christo attribuitur
nomen servi, utiq; secundùm huma-

E nita-

4.
Membre.

Biberede
Torrente

XLVII

5.
membre.

nitatem, ut ipse Calvinus in 42. Esa.
 v. 1. fatetur. 2. Scandalizatio. v. 14. 3. Ex-
 altatio post passionem. conf. 1. Pet. 1. v. 11.
 Luc. 24. nonne oportuit Christum
 pati? vid. Muscul. in Esa. fol. 117. in
 hæc verba. 4. Speciei ipsius supra quem-
 libet virum corruptio. v. 14. 5. Predica-
 tio passiva v. 15. 6. Judæorum offensio v. 11.
 7. Christi veluti virgulti progerminatio.
 8. Summa deformatio & contemptus v. 2. 3.
 9. Ipsa passionis toleratio. v. 4. 5. seq. Quæ
 omnia & singula describere exinaniti-
 onis illius profundissimam κατὰ
 βάθος (1.) docet ipsa textus litera, col-
 lata cum Apostolo Philip. 2. Exinani-
 tionem per passionem definiente,
 tanquam à priori factâ denomina-
 tione (2.) docet ipsa Adversariorum
 de Christo confessio. Marlorat. in cap.
 33. Esa. fol. 422. col. 6. Hanc (inquit)
 Christi sublimitatem & humilitatem de-
 clarat Paulus, cum ait: qui cum in formâ
 DEI esset & c. Cum autem hæc omnia
 Christo in humilitate assumptâ con-
 gruunt, sequitur & ipsum in humilitate
 assumptâ exinanitum, sepositâ ad tem-
 pus

pus passionis illa majestate inhibi-
 taq; cum aliâ illâ caro, tanquam
 ipsum Deitatis templum Coloss. 2, 9.
 erat plenissima. Ita forma Christi
 divina illa agnita non fuit, quod
 nempe & secundum humanitatem
 DEI filius esset, teste Angelo Luc. 1, 32.
 & Calvino non diffitente lib. 2. Instit.
 c. 14. §. 4. ideò eum fabri filium dixe-
 runt Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. non bo-
 num doctorem, sed populi seducto-
 rem Joh. 7, 12. Sabbathi violatorem
 Joh. 9, 16. Dæmoniacum Joh. 10, 20.
ἀνάτωρον Joh. 8, 19. usq; adeò obcon-
 dita forma Christi erat!

Ab Exaltationis oppositione. Secun- 8.
membre.
 dum quam naturam Christo compe-
 tit exaltatio, juxta eandem congruit
 exinanitio. At illa juxta humanita-
 tem. Ergò & hæc.

Minoris veritas evicta non semel est
à nostris; cujus veritatem hic ut po-
stulatum præsupponimus. Major cer-
ta per se, & sic triumphat complexio.
Addo Athanasium Orat. 4. contra Arianos.
 Non qui altissimus est; caro ejus

exaltata, & carni suæ dedit nomen illud. Philip. 2.

*VI. ACCIPIENS FORMAM
SERVI.*

XLVIII Statuunt Calviniani, per hanc intelligi ipsam humanam naturam, in personæ ἢ λόγος unitatem assumptam. Sic & alii Veterum. *M. F. Wendelinus* Exercit. 66. p. 1100. *C. Beckmannus* col. 702. 704. Exercit. XII. *A. Hyperius* in Philip. 2. §. Est autem hoc loco, *C. Olevianus* in h. l. *Thomas de Aquin.* in Philipp. 2. *D. Tosfan.* in idem *Gualtherus.*

Augustani verò statuunt, quod forma Servi non significet ipsam Christi carnem vel essentiam humanitatis ipsam, sed assumptæ carnis statum servilem, gloriæ illius suspensionem, quoad actum secundum & exercitiū, quæ tamen in Christi carne fuit inde à momento conceptionis Luc. 1. sicut sol tectus nubibus in se habet lumen, etsi illud non exerat.

i. Confirmamus i. à collatione. Uti Forma Dei non notat ipsam ἢ λόγος essentiam,
membr. tiam,

tiam, Vid. supra; ita Forma servi non
notat ipsam naturam humanam.
(Connexio prioris per se constat) At-
qui &c. Ergò.

2. à collatione. Id intelligitur per for-
mam servi, quo se evacuavit Christus.
(id docet connexio textûs, evacuavit
seipsum) Essentiâ humanitatis non
se evacuavit Christus. E. Essentiâ hu-
manitatis non intelligitur per for-
mam servi.

2.
Membr.

3. à descriptione servitutis modorum
& partium, in quibus forma servi cõ-
sistit, prout eam describunt Veteres
& recentiores Doctores è Scripturis.
Nam *Forma* Servi est

3.
Membr.

pedes discipulorum lavare. *Prima-*
sus in Philipp. 2. quæ lotio est servilis
actio. εὐδηλον!

DEO servire. *Thomas* part. 3. quæst.
20. Artic. 1. & 2. & cum eo G. Estius
fol. 657. col. b. in Philip. 2.

Servus nocens, ut loquitur C. *Pelli-*
canus in 2. ad Philipp. pro nobis no-
centibus mortuus.

Serviles *miserias* tolerare, *Hyper.* in
E; Phil.

Phil. 2. §. Est autem hoc loco: *Et injurias.* Pellicanus in h. l.

Ministrare. *Hyperius* d. l. è Matth. 20, 29. Marc. 10, 45.

fieri opprobrium hominis & abjectio plebis. d. l. *Hyperius* ex *Esaia* cap. 53. Psal. 22. in Philip. 2.

Sapienter agere. *Es.* 53, 13. juxta *Es.* 11, 2 flagellari, percuti, conspui, pati. d. l. *Marlorat.* in *Esa.* 53.

pueri instar comedere lac & butyrum. *Esa.* 7, 15, 16. crescere, adolescere. *Luc.* 2, 40. proficere sapientiâ. *Luc.* 2, ult.

diminui *Hebr.* 2, 7. per passiones. nasci in paupertate, *Luc.* 2, 7.

Sedere super asinam. *Zach.* 9, 9. *Matth.* 21, 5.

defatigari. *Joh.* 4, 6.

esurire *Matth.* 4, 2. c. 21, 18. sitire. Sic *Joh.* 4. *Luc.* 23.

pauperem esse. *Matth.* 8, 20.

nescire diem judicii. *Luc.* 13, 32.

ministrare *Judæis.* *Rom.* 15. *Calvinus* in *Philip.* 2, 7. Consimiles plures extant servilis conditionis in S. scripturis descriptiones.

4. à confessionibus Adversariorum.

Membr.
XLIX.

Hi sunt

M. Martinius c. Menzerum: *Quod dicitur de formâ servi, non simpliciter intelligo humanam naturam, sed vilem ejus conditionem, quæ fuit ad tempus.*

M. Rudolphus Goelenius in Lexic. Philosophic. fol. 590. *Non solum in Philosophiâ, sed etiam in Theologiâ forma interdum accipitur pro externâ representatione seu specie ac similitudine.*

Barth. Westbemerus in collectaneis Theol. Sacræ S. Pauli Philipp. 2. *Qui cum esset in formâ Dei, non loquitur de substantiâ Dei & servi, sed magis de exhibitione, ac externâ in vitâ ac moribus divinæ & servilis naturæ seu substantiæ representatione. Forma Dei est, cum quis se gerit ut Deus, Deum se exhibet, divinitatem præ se ferens & demonstrans, id nemo apud se solum faciet. Exhibere enim se, ac gerere, & vitæ actibus aliquid præ se ferre, erga alios fit, qui id videre & agnoscere possunt, quod ille præ se fert, vitæq; ratione exhibet atq; demonstrat. Unde esse in formâ Dei interpretabimur, gerere se atq; exhibere ut Deum, divinitatem præ se ferre, hoc est, ita loqui atq; agere, ut deceat, atq; ut Deum representet. Sic hic rectè dicitur,*

E 4

in

in formâ servi esse, aut servi formam gesta-
 re, qui se servum vitæ ratione exhibet, ta-
 lemq; demonstrat. Sed aliis perplacet per
 μορφῆν Dei intelligi Dei essentiam cum ma-
 gnificentiâ θεοπρεπεί, id est Deo dignam, &
 per formam servi carnem nostram omnibus
 infirmitatibus obnoxiam. Vid. Basil. Magn.
 Erasmus in Annot. in N. Test. & Zanch. lib.
 posthumum de Incarn. Schegk. ex hoc lo-
 co facit vocem DEIFORMIS θεομορφῆς, qui
 est in formâ Dei in similitudine Dei. Hæc
 Goclenius d. l. quibus nihil potuit a-
 strui pro nostrâ sententiâ clarius.

*Complures Reformatorum alii idem
 testantur. Supra §. 22. videbis ibi.*

*Dan. Heinsius Exercitat. fol. 568. in
 Epist. ad Hebræos v. 30. (cum docuis-
 set, Christum naturam humanam as-
 sumplisse &c. mox subjungit:) Helle-
 nista quod obscurius ex consuetudine ἑ
 ritu dici videbatur, ut pariter exprimerent
 ἑ illustrarent. Hebræus: aures perfodi-
 sti: isti, corpus concinnasti, servi, aut ser-
 vile scilicet, qui status inde ab orbe condi-
 to prædictus. Ut cum nunciatur, fore, ut
 semen mulieris conterat caput serpentis.
 Hic est status ille, hæc est illa servi forma.*

Unde

Unde
 Hæc
 ad S
 sent
 ben
 Dis
 S
 Stat
 nita
 tum
 prin
 pro
 28.
 etia
 viol
 sta-
 Post
 2. Af
 ad d
 cipi
 Hæc
 de f
 ejus
 J
 Qu
 text



Unde non sine causa sequitur: Ecce venio.
 Hæc Heinſius literaliter & maximè
 ad *Statum* hanc ſervi formam, non es-
 ſentiam *Chriſti humanam referens.* Et
 benè D. Andreas Eſenius part. 2.
Diſp. de ſubjectione Chriſti ad legem Theſ.
 4. *Status* (ait) *realis* humiliationis.
 Status exaltationis in eadem huma-
 nitate Phil. 2. v. 7. 8. Ad primum ſta-
 tum pertinent humilis vita, tam in
 principio ſive natiuitate, quàm in
 progrefſu Luc. 11, 7. Matth. 8, 20. c. 20,
 28. 2. Cor. 8, 8. &c. Paſſio multiplex
 etiam animæ. Tandem mors, eaq;
 violenta, ignominioſa eaq;
 maledicta. Pf. 22, 2, 7, 8, 9, 15, 18. Eſa. 53, 9, 12.
 Poſterioris ſtatus ſunt 1. Reſurrectio
 2. Aſcenſio in cœlum. 3. Sedit ibidem
 ad dexteram Patris. 4. Hanc verò ex-
 cipiet alter adventus ad iudiciũ &c.]
 Hæc ille, locum hunc ad Philip. 2, 7, 8.
 de ſtatu Chriſti utroq;
 explicans, in
 ejuſdem Humanitate.

Jam concludimus pro noſtra ſententia.
Quæcunq; ſententia nititur 1. collatione
 textus. 2. hujus connexionem. 3. deſcriptio-
 ne ſer-

ne servitutis accurata. 4. confessionibus
adversariorum ipsismet, ea est bona, &
probæ moneta (Major est indubiæ veri-
tatis & per se claret.)

At qui sententia Lutheranorum de for-
ma servi est talis: Nititur enim i. col-
latione textus &c. (in præcedentibus
membris id evicimus) Ergò senten-
tia Lutheranorum (de formâ servi
&c.) est bona, probæq; moneta.

Objiciunt Patres Zanchius, Beck-
man. Wendelinus, Beza passim, aliq;
istius partis. Cornel. à Lapid. in h. l.
ad Philip.

I. Patres formam Dei & servi ex-
plicant de ipsâ essentiâ ἡ λογῆ, ipsaq;
humanâ naturâ. C. Beckmannus col.
642. 643. 644. Exercit. Estius.

Resp. (1.) in genere: Patrum expositiones
nos non obligant, quod omnes Evange-
lici ultrò largiuntur. Beza Præfat. in
N. T. Oecolamp. Epist. Dedic. pe-
nult. Comment. in Johan. Piscator
in Phil. 2. p. 1160. col. 6. §. Etsi autem.

(2.) In specie resp. 1. Scopus Patrū fuit,
disputare contra Arium & Socios,
Christi

Christi æternam Deitatem perne-
gantes, (Vid. Oecumenium in Phil. 2.
verba: *Forma Dei*. Augustinum lib. 2.
contra Maxim. Avianum cap. 5. Chry-
sost. h. l.) & formam Dei ipsi essentia
τῆ λόγῃ divinæ opposcentes, quod ipse
Beza in notis ad Philip. c. Erasmus
rectè animadvertit.

2. Disputant Patres *contra Marcio-
nem*, qui negabat Christi veram hu-
manitatem, sub prætextu hujus vocis
FORMÆ. Vid. Tertullian. lib. c. Mar-
cionem lib. 5. c. 20. §. Verè hominem
inventum. *Contra Manicheos*, eandem
humanitatem Christi impugnantes.
Illam igitur, & quod in verâ carne Fi-
lius apparuisset (non in formâ Ange-
lorum, ut olim in V. T.) ex hoc loco
probabant Veteres Doctores, Irenæus
l. 4. c. 17. Tertull. lib. de carne Christi.

3. Patres philosophicè loquuntur. Apud
Patres μορφή ἔσθ' forma sæpe essentiam si-
gnificat. Is autem vocis usus magis est phi-
losophicus, quàm vulgaris, ait M. Marti-
nus in Lexic. Vid. *Forma* sub finem il-
lius. Nos verò de sensu vocis hujus
non

non Philosophico sed Apostolico-
Paulino quærimus.

LI. 4. Alii verò Patres nobiscum sentiunt. *Ambros.* in Philip. 2. supra allegat. §. 23. *Idem* lib. 7. Epist. 47. *Idem* lib. 2. de fide ad Gratian. cap. 4. & lib. 3. c. 7. quem objicit *Tosfan.* in h. l. ad Phil. *Hieronymum* vide supra §. 23. *Hilarius* Diaconus Rom. Tom. 5. sub nomine Ambrosii & hujus operum, ut dixi, allegatus §. 23. supra. *Athanas.* Orat. 4. contr. Arianos supra §. 47. alleg. *Idem* in Psal. 67. *Ut sol quoque justitiæ formam servi suscipiens, ac radios Deitatis suæ quasi subducens deq. cælo descendens in corpore, imò verò etiam in ipsâ morte sustulit tenebras hominum animis offusas. Et licet in nostram venerit paupertatem propriamq. gloriam dispensativè umbra quodammodo obscurarit, cum ad homines descenderet, ac carnem inhabitare cœpisset: nihilominus tamen Dominus est nomen ipsi. Nam etiam homo factus non desit esse Deus. Hæc Athanasius. Inde colligitur, ut radii solis non sunt essentia solis, sic nec forma Dei est ipsa essentia Dei, sed gloria*
reful-

*refulgens aliquando, quandoq; verò sub
formâ servi delitescens, sub~~missio~~ne, mor-
te, obscurata fuit, ut loquitur hic
Athanasius.*

*Obj. II. Synodus Chalcedonensis, Beck-
man. Exercit. col 645. Ultraq; forma
(natura) agit cum communicatione al-
terius.*

*Resp. I. Loquitur philosophicè Sy-
nodus, prouti jam dictum est.*

*2. Non est quæstio de formæ actio-
ne, sed de formæ servi assumptione,
de quâ Paulus. 3. Ergò inepta insti-
tuitur collatio. 4. Agit Synodus con-
tra Eutychianam Cõfusionem: Pau-
lus verò Phil. 2. de humanæ naturæ
statu & conditione sub Exinanitione.*

*III. Object. à Testimonio Theolo- LII
gorum Lutheranorum, quos nobis
objiciunt. Chemnitii C. Massonius
part. 2. Anatom. p. 203. 204. 205. Beck-
mann. Exercit. col. 644. 645. 304. 655.
758. 759. 760. v. 1. Wendelin. Exercit.
66. & alii Gesneri lib. de personâ Chri-
sti c. 14. §. divina Christi natura. Chy-
træi in Phil. 2. Corneri & reliquorum;
Lutheri quoq; Resp.*

Resp. 1. Chemnitius lib. 2. de duab. naturis in Christo cap. 24. fol. 137. 138. *conjungit utramq; Interpretationem, & de vera ἡ λόγος Deitate, & Deitatis in carne illa splendore, quarum una est immediata, directa. Prima expositio literalis est, nempe, quâ per formam Dei accipitur gloria & majestas: altera, quâ exprimitur ipsa ἡ λόγος essentia, mediata, est expositio ex consequenti. Neq; enim in gloriâ & formâ Dei Christus fuisset juxta carnem, nisi idem Christus in unitate personæ verus Deus fuisset.*

Et hoc sensu & nostri Dd. & Veteres hunc locum exponunt. Hic verò quæstio est; An per formam servi, Dei, literaliter & primò & immediate intelligenda sit ipsa essentia & natura Deitatis & humanitatis? Id quod negamus, & supra firmissimis argumentis & Confessionibus Reformatorum consolidavimus.

LIII.

2. Nostri verò nihilominus accuratè docent, abs divinâ essentia distingvi gloriam & resplendentiam illam,

illam, quam Christus inhibuit, & verbo humanitatis suæ involvit.

3. Ideoque Nostri *consequenter* ex hac gloriâ, ut gloriâ unigeniti Joh. 1. & gloriâ Domini 1. Cor. 2. veram Christi Deitatem contra Socinianos Faustum Socin. Respons. ad 8. cap. Wieki arg. X. Ostorod. Volckelium lib 5. cap. 10. de V. R. Schlichting. c. Meisner. p. 155. & seq. probant & defendunt. Antiqui Crellius lib. 2. sect. 2. cap. 36. p. 286. & sequentibus.

4. Lutheri testimonia pro sententiâ Reformatorum frustra objiciuntur. Ille à discipulis non dissentit, nec hi ab illo. Etenim qui objiciunt, fallunt Sophisticè his modis: Lutherus in postill. Explicat formam Dei de statu Christi glorioso, ita ut simul essentiam $\tau\omicron\varsigma$ λόγῳ connotari & includi existimet. In Postill. in h. l. Pauli. Id contra Ostorodi observandum est ineptias cap. 19. Institut. Lutheri verba corrumpentis. Huc spectant verba Lutheri, quæ junctim expensa hanc docent sententiam, quæ nobis non adversata est. 5. Suf

5. Sufficit igitur proba consideratio eorum, quæ in præcedentibus demonstravimus, cum è textu Paulino, tum ex ipsis Adversariorum confessionibus, pro tuendâ hujus loci explicatione verâ. Et quidem ex his reliqua omnia dijudicari possunt. Quæ præterea in Controversiarum phalangas longo eoque fallaci oppositorum sophismate abripiuntur, alibi discutienda,

SI DEDERIT DOMINUS!

SECTIO IV.

USUS PERICOPES ET
VERBORUM HORUM
D. PAULI.

LIV. Is est I. *Didascalicus* [omnis namque scriptura utilis est ad doctrinam &c. 2. Tim. 2. v. 16.] Discimus itaque, I. Quod cognitio salvatoris sit apprimè ad salutem necessaria. Hanc enim diligenter inculcat Apostolus h. l. Urget Sp. Sanctus passim. Esa. 53. v. 11. quod illâ justificemur, in illâ gloriemur. Jer. 8, 24. 1. Cor. 1, 31. 2. Cor. 10, 17. vitâ

tâ æternâ fruamur Joh. 17, 3. præ illâ Christi cognitione omnia aspernemur Phil. 3, 8. Huc spectat consideratio (α) *veræ* humanitatis Christi, ex hoc loco elucescentis. Is affectus sit. (β) *Deitatis* veræ. Deus enim nos salvat Esa. 35. Jerem. 23. Osee 1, 7. (γ) *Unionis* duarum naturarum, h. l. *Jesus Christus*. Unus ille mediator 1. Tim. 2. (δ) *Communicationis* Idiomatum (sine ullâ Eutylianâ confusione.) (ε) *Status* Christi, cūm *Exinanitionis*, ex illis: *Exinanivit* seipsum, assumens servi formam; tūm *Exaltationis*, de quo ex verbis, superexaltavit illū &c. de quibus cum Deo! aliās.

II. *Quòd Christi Salvatoris intima erga nos fuerit dilectio*. h. l. *Qui se exinanivit ob nostram salutem, ut pro nobis passus moreretur, in quiescente λόγῳ*. Irenæus lib. 3. c. 2. apud Theodoretum Dialog. 3. *Sicut homo erat, ut tentaretur, sic & verbum erat, ut glorificaretur, requiescente quidem verbo, ut posset tentari, crucifigi & mori, & tamen humanitati unito, ut posset vincere & perferre, &*

F bene-

LV.

benefacere, te resuscitare & recreare.
 Idem in quinto libro ejusdem operis:
 Proprio igitur sanguine redemit nos
 Dominus, & dedit animam pro no-
 stris animabus, & carnem suam pro
 nostra carne.

III. *Summa Christi Humilitas*, è
 verbis: Non est rapinam arbitratus
 &c. vid. supra, de quâ Matth. 11. Joh. 13.

IV. *Viarum divinarum & creatura-
 rum diversitas.* Esa. 55. Lucifer angelus
 malus (juxta quondam Veterum quo-
 rundam interpretum allegoriam)
 Adam, Absolon, ambitiose viam ad
 gloriæ culmen affectarunt. Contra
 Deus per ignominiam & passionem
 Filii sui, per humilitatem & crucem
 ad gloriam æternam contendendum
 esse liquidè monstravit h. l. Psal. 110.
 ult. Esa. 53. viæ Dei non congruunt
 amussi humanorū *διαλογισμῶν* 1. Cor. 2,
 2, 3. 2. Cor. 10, 5.

II. USUS ELENCHTICUS.

LVI.

Confutantur ex hoc loco

I. Qui cognitionem Christi, quâ
 natu-

naturas & personalem earum unio-
nem, non esse ad salutem apprimè
necessariam creditu autumant. Ar-
miniani, Sociniani, Episcopus, alii.

II. Qui nos ubiqvetariorum erro-
rum nomine accusant. D. Tosfan. in
Philip. 2. p. 292. §. *Ex his apparet.*

III. Qui formam Dei æternæ $\tau\acute{\omicron}\lambda\omicron\gamma\acute{\omicron}\varsigma$
Deitati opponunt, hanc excludunt,
ut olim Ariani V. §. supra. Et Soci-
niani, Socin. Ostorodus. Sic quoq;
Ebionitæ, Cerinthiani, Artemonitæ,
Alogi, Manichæi, Melchisedeciani,
Theodociani.

IV. Qui humanam Christi natu-
ram negant, ut plurimi Anabaptista-
rum. Vid. Anabaptismum Reproba-
tum. Olim Marcionitæ apud Tertul-
lian. Irenæum. Docitæ.

V. Qui quondam ex appellatione
servi Christo tributâ æternitatem il-
lius oppugnarunt, de quo certamine
visendi, si placet, Scholastici, & Pa-
tres diversissima sentientes. Unde in
partem regulæ fidei (etiamsi cuivis
modis cōsentiant) minimè asciscen-

LXVII.

di sunt, quin potius in Scripturis Sacris solis unicè, perpetuâ Ecclesiæ & fidelium omnium praxi acquiescendum. Nam Catholicum consensum Veterum Scriptorum acquiri posse minimè, Gregorius de Valentia alicubi testatus est, rectiùs saniusq; omnia docens, quàm qui ad scripta Patrum dicto modo & ratione sese recipiunt; sed de his aliàs.

VI. Qui Patrum scriptis plus iusto innituntur, meminerint, eosdem in Scripturis exponendis sæpiculè errasse gravissimè, fatentibus Pontificiis non semel, usq; adeò, ut hæreseos dicam eisdem in omnibus fidei penè Articulis scripserint Pontificii, de quò (Deo vitam prorogante clementissimè, ob Christum Jesum) in Patrologiâ dicam. Inde quoq; factum est, ut Jesuita Cornel. à Lapide in Ambrosii expositionem frustra inventus sit, sive is fuerit Ambrosius, sive Hilarius, Diaconus Romanus.

LVIII. *III. USUS HORTATORIUS.*

I. Ut Christus serviit Patri suo, nobis,

bis, Judæis, Gentib. Esa. 49. Sic nos
serviamus Deo, Luc. 1. Rom. 6. pro-
ximo. Salvatori nostro, in Spiritu
Rom. 1. in vigilantia Luc. 12. fidei di-
spensatione, 1. Cor. 4. ardentem, pa-
tienter.

II. Obedientes servi simus, ut Chri-
stus obediens ad mortem Phil. 2. non
recusamus ferre calumnias, denigra-
tiones, accusationes falsas, recri-
minationum negligentes 1. Pet. 2.

III. Exemplum Christi vitæ, sit no-
bis perpetuum vitæ lumen, quod
primò imitandum est præ omnibus
aliorum Sanctorum vitis & exemplis.
Nam illud h. l. inculcat Paulus: *Is af-
fectus sit in vobis.* Vid. Thomam de
Kempis dei mit. Christi. Et ipse Chri-
stus Matth. 11. Joh. 13. & per sæpe idem
Apostolus Ephes. 5. v. 1.

IV. Humilitatis Christi speculum,
ob oculos semper versandum, de quo
Leo Serm. 2. de Resurrect. Gregor. M.
lib. 34. c. 21. Moralium in illud Jobi
41. Verba illorum videri possunt
(qui carent ipsis operibus) apud

Cornel. à Lapide & alios in hoc loco.

V. Affectum Christi non habent, nisi illi, qui habent Spiritum Christi. Hic Spiritus nos ducit ad Scripturam solam, ad pacem Christi solidam, ad charitatem sinceram, & progerminat fructus, Gal. 5.

IV. USUS CORRECTO-RIUS.

LIX.

I. Superbia & elatio, ambitioq; animi fugienda est, omnis ut humilitas in Christo fuit. Non rapinam arbitreris ea, quæ tibi Deus dona contulit. Etenim superbia est omnis à Deo defectionis mater Sir. 10. hanc dispergit. Luc. 1. Dispergit superbos mente cordis sui. Huc pertinent exempla Protoplastorū Genes. 3. Non-nemini Theologorum, *vñv cv αἰγίως* D J. A. placuit, *Paulum intendisse digitum ad superbiam Jovis*, ut est in fabulis Ethnicorum, Philippensibus benè notis) qui *Patrem Saturnum regno olim exuerit, abominabili elationis exemplo.* Non equidem abnuerim! Huc Luciferi,

feri

Mis

II

est,

a

β

γ

δ

nib

ε.

ζ

min

viis

14. u

& in

lat f

V.

I.

do

16. l

II

Ch

Ch

ta f

feri, de quo *Bernbard. homil. 4. Super*
Misus est. Gregor. M. in Job. 41.

II. Hominum inflatio corrigenda
 est, quæ oritur

α ex *εὐθαδεία*.

β persuasione scientiæ.

γ Schismatophilia.

δ Singularitatis studio, ut homi-
 nibus placere possis.

ε Hypocrisi.

ζ quæ sequitur *confusio gloriæ igno-
 miniosa. Phil. 3. ut non ambulantes in
 viis Domini tandem corruant. Ose.
 14. ult. Cave hæc vitia, has nequitias,
 & in viâ Christi ambula. Quiambu-
 lat simpliciter, ambulat confidenter.*

V. USUS CONSOLATO- RIUS.

I. Supprimimur in mundo, à mun- LX.
 do immundo, ut Salvator noster Joh.

16. Exaltabimur cū Christo Colos. 3.

II. Bibimus calicem Matth. 20. cum
 Christo, in terrâ: bibemus super
 Christi mensa, in cœlo Luc. 22. capi-
 ta sublaturo Psal. 110. v. ult.

F 4

III. Hu-

III. Humiliati cum Christo, exaltabimur cum illo in cœlo. Rom. 8. Joh. 17. Pater volo, ut ubi ego sum &c.

IV. Servi miseri sumus hic; ibi erimus Domini, in casu recto Matth. 19. in obliquo Rom. 14.

V. Antecedit nostri in hoc humiliatio, Psal. 18. Ps. 119. seqvetur in altero nostri exaltatio, in altero inquam seculo. Hoc erit demū illud tempus, 1. Pet. 5. Exaltet vos in tempore opportuno.

VI. Salutiferum nomen Jesu Christi est omnis solatii compendium. Jesus nomen notat eum, qui à peccatis populū saluat Matt. 1. Id non fecit Josua, Dux populi, neq; enim in solidam vitæ æternæ quietem nos vel Judæos induxit Hebr. 4. neq; Josua, sacerdos ille magnus Zach. 3. sed solus ille Jesus, Dei & Mariæ filius, qui nos saluat à peccatis. *Fecit purgationem peccatorum per seipsum.* Heb. 1. peccatum totius terræ unâ die sustulit. Zach. 3. *Chirographum sustulit, pro peccatis mortuus* 1. Cor. 15. Noli igitur desperare de pecca-

peccator! Ecce Jesus te salvavit! noli
 extimescere, ecce Deus tibi gaudio
 est. *Messis modò est gratia, hac gaude* Esa.
 9. Vulnera Christi patent Jesu. In
 his te absconde. Brachia salvatoris se
 extendunt, ut liceat in illius ample-
 xus ruere, & ut ruas, à Christo invita-
 ris Matth. 11. Venite ad me omnes &c.
 Christus est, qui te ungit. Christus
 Jesus hodiè & in secula. Morere lu-
 bens in pace cum Simeone Luc. 2. Da-
 vide Psal. 118. *non moriar sed vivam &c.*
moreris Domino Rom. 14. *in Domino*
 Apoc. 14. Non te terreat *serpens anti-*
quus Apoc. 12. non torrentes Belial.
 Ps. 18. *Scutum tuum Jesus est; unguen-*
tum tuum Christus est. Hæc sola est
 & vera ultimaq; unctio. Hoc nomine
 JESU CHRISTI triumphabis *de morte.*
Cantabis, ubi mors aculeus tuus? Infe-
ne, ubi victoria tua? 1. Cor. 15. *Gratia*
Deo, qui nobis victoriam dedit per hunc
Dominum nostrum Jesum Christum. Plu-
 ribus de salutifero Jesu nomine Jesu
 Bernhard. in Jubilo in Cantic. Cantic.
 Anselm. libr. de miseriâ hominis. Ju-
 stinus

stinus Dial. cum Tryphone. Ambrosius lib. I de Virginit. ut & alii.

LXI. *Nos concludimus hanc loci Paulini enucleationem verbis D. Augustini lib. ult. de Trin. cap. ultimo: Coram Te est, non CHRISTE, firmitas & infirmitas mea. Illam servi; istam sona. Coram Te est scientia & ignorantia mea; ubi mihi aperuisti, suscipe intrantem: ubi clausisti, aperi pulsanti. Meminerim Tui: Intelligam Te: Diligam Te.*

FAXIS, PIE JESU, AMEN!

APPENDIX,

De Syri interpretis versione Oraculi PAULI, Phil. II. v. 5. seq.

Dum hæc, quæ præmissa sunt, meditabar, intercescit mihi Sermo longè jucundissimus, cum Rev. Pl. & præclarissimo Dn. DANIELE CRAMERO, magni, b. m. Dn. D. DANIELIS CRAMERI, Theol. Stetinensium celeberrimi, olim nepote; *Filio v. Venerandi senis, Dn. M. JOHANNIS-JACOBI CRAMERI, ædis S. Johanni olim Saceræ, Pastoris, ad XXX. præclare meritis*

gr.

ritissimi, Dn. Soceri desideratissimi,
vñv̄ cū āgīois; divini Sermonis inter-
prete, ad SS. Trinitatis templum, fa-
cundissimo, de hoc loco. Qui roga-
tus abs me, meus è Sacro baptismo
Profilius & Affinis & Collega, in Do-
mino dilectissimus, sequentia mihi,
lubens communicavit, quæ non pos-
se non grata accidere, benevolo Le-
ctori, nullus dubito. Sunt v. quæ se-
quuntur. Juxta Hebræorum prover-
bium **וְהוֹרֵתָ אֶת הָעֵינַיִם** i.e. *Ocu-
laris inspectio verum judicandi sensum sub-
ministrat*, inspexi Syriacam loci Phil.
2. versionem, atq; vocis **מִלְּפָנָיו** pla-
nè eandem reperi significationem,
quæ è Græcæ phraseos genio ab Excel.
V. eruta est. Nempe, quemadmodum
Græca τὸ εἶναι ἴσα θεῷ omnino non præ-
cisè notant ipsum *πλήρωμα θεότητος*,
sed *πλήρωσιν*, ipsum plenissimum di-
vinæ se exerentis *statum & gestum*
(præsuppositâ tamen ipsa divinita-
tis plenitudine) ita & Syra phrasis
לֹא הִלָּךְ מִלְּפָנָיו הִתְהַלָּךְ
non rapinam judicavit, *hoc ipsum,*
quod

LXII.

quod est esse similem Deo. Nec ovum
 ovo similius, quam Syra phrasis Græ-
 cæ. Non enim tantum accuratissimè
 græcum τὸ εἶναι, expressit per לְהִתְדוּת
 דְּאֵלֹהִים, quod est, esse similem &c.
 sed & vox פָּחַמְנֵי pulchrè exhausit
 nativam græcæ phraseos, τὸ ἴου, signi-
 ficationem. Sicut enim neutrum
 plurale τὰ ἴου (ipso Pasore Reforma-
 to id fatente in Lexico) hic accipitur
 adverbialiter, *æqualiter, æquè, similiter,*
 statum & gestum divinæ Majestatis
 præcisè notans, ita & phrasis פָּחַמְנֵי
 לְהִתְדוּת non notat ipsam *æqualitatem*
essentie divine primò & proximè; sed
 emanantem è naturâ divinâ carni
 Christi per unionem personalem
 communicatâ, plenum Majestatis di-
 vinæ gestum & habitum, è quo quasi
 è splendore emanante, æqualis divi-
 næ Majestatis fons agnosceretur.
 Monstrat id manifestè nativa vocis
 פָּחַמְנֵי significatio, quæ in *Pabel* tan-
 tum usitatæ notat comparare, con-
 ferre aliquid inter se, atq; ex illâ *colla-*
tionè similitudinem atq; convenien-
 tiam

tiam rerum inter se elicere. Hinc
 2. Cor. 10, 12. vocem συγχεῖνοντες Syrus
 reddidit מַפְחֵם *comparantes*. Qui se
 ipsos cōparando de se ipsis judicant,
 atq; sibi ipsis docti, sapientes sanctiq;
 videntur. Eodem modo vertit 1. Cor.
 2, 13. & Luc. 2, 19. de Maria, dicta Pasto-
 rum de Jesulo nato cum dictis Ange-
 li atq; vaticiniis Vet. Test. in corde
 suo conferente, atq; inde Symphoni-
 am atq; dictorum harmoniam elici-
 ente, vocem græcam συμβάλλου planè
 significanter reddidit מַפְחֵם בְּלִבָּהּ
conferens erat in corde suo. Nomen
 quoq; מַפְחֵם ipsam *comparationem*
 & collationem duorū notat v. 2. Cor.
 3, 10. Patet ergò, vocem מַפְחֵם *simili-*
tudinem quasi externam notare, quæ
 apparet, & ex collatione duorum cō-
 spicitur, atq; hic in thesi innuere ipsū
 plenarium divinæ Majestatis splen-
 dorem, ex quo Christus similis Deo ab
 aliis judicari & agnosci potuisset.
 Atq; hinc etiam est, quod cum de ipsa
 essentia æqualitate & ὁμοῖα Judæi
 Joh. 5, 18. dixissent: ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ
 Θεῷ,

LXIII.

θεῶν, nō usus sit Syrus voce פחם sed voce נשוו in Aphel הוון נפשה ומשוו ומהלל עו & quod æqualem (ejusdem essentia, quia πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν) se faceret Deo. Nec dissentit ab hâc significatione usus Syro-Chaldaicus hujus vocis פחם. Quippe Targumistæ à Syris illam mutuati, eodem usurpât sensu, ut notet similitudinem ex comparatione conspectam. Vid. Prov. 3, 15. Atq; (ut concludam) omnino videtur vocem נשוו in loco Paulino planè æquipollere adverbiali significatione, adverbio Syro-Chaldaico פחמי אqualiter, similiter, pariter usurpato à Targum secundo Est. 3. 3.

Hæc Vir Excell. occasione hesterni discursus pro eruendo significato vocis נשוו post inspectionem breviter commentatus sum, mirificè sine dubio veritatem nostram cōfirmantia, quam frustrà in Piscatore, aliàs suæ fidei homine, magno conatu & nisu damnare & evertere nititur Pare-

us in Comment. ad b. 1.

Tantum.

INDEX

**INDEX RERUM ET PHRA-
SEON. NUMERUS SIGNAT
PARAGRAPHOS.**

A bsurda sententiæ quorundam Re- form.	20
Adami 1 & 2 collatio	27
Adamus gloriâ coronatus	27
Æqualiter esse Deo, quid? quis fuerit 40. Conf. Græci.	37. 38.
Affectus ut Christo tribuatur? qui illum non habeant?	13 58
Ambrosius pro nobis de nomine Jesu de formâ DEI.	28 23 23
Anabaptistæ errant	56
Apostolica allegare, quid?	2
Arbitrari rapinam	31
Ariani confutantur	50
Aristoteles rejectus Vid. <i>Piscator.</i>	
Arminianorum Error	56
Athanasius de Christo Sole forma DEI	51 23
Augustanorum sententia de loco, ad Philip. 11. 12.	
Augustini sententia	61
Autoritas Paterna. Vid. <i>Patres.</i>	

Beck-

EX

	B.	
Beckmannus	45	
Beza de gloria Christi	27	
idem refutatur	24	
sibi contrait. d. l.		
de loc. Hebr. 2.	44	
Bibere calicem	60	
de torrente in via	46	
Brachia Salvatoris	60	
Bucerus, de verbis: In similitud.	23	
Budæus allegatus	44	
Bullingerus de forma Dei	22	
	C.	
Calvinus de forma Dei	21. 22	
Calicem bibere	60	
Camerarii notæ	39	
Chemnitius defensus	52. 53	
Christus. Ejus affectus	9	
nomen datum illi	10	
cognitio necessaria	54	
Incarnatio. II. Caro V. minorari.		
dilectio	55	
humilitas	55. 13	
Exemplum 85. augustissimum	8	
Solvit, quod non rapuit	28	
Sol. 51. radios retrahens	51	
Sol veritatis	5	
		Super-

	Superexaltatus est	9
45	Super omnes	29
27	quando ostentaverit gloriam?	34
24	Collatio Adami primi & secundi	27
	Cocceius de forma Dei	22
44	Cōfusio Eutychnæa falso impacta	40
60		
46	D.	
60	Damascen. de unctioe	13
23	Desperatio	60
44	Deus revelavit verbum suum	1
22	ungit carnem suam	13
	Deus non est in forma	29
22	forma V. Forma.	
60	dedit nomen V. Nomen.	
39	Imago Dei V. <i>Adam. Imago.</i>	
2. 53	E.	
9	Elenchi è loco Philip. 2.	56
10	Essentia ipsa non est forma	16
54	Ethnic. fabula. V. Fabula.	
i.	Evangelium: non dignè vivere	7
55	Exaltatio. V. Humiles.	
5. 13	Exemplum Christi humilitatis in-	
8	carnati	18
28	Exemplum vitæ Christus nobis	58
51	Exinanire se, quid?	41 42
5	Eutychn. Confusio falso impacta	40
er-	G	Fa-

F.	
Fabulæ Ethnicor. de Jove	59
Forma Dei quæ?	20. 9.
quid de ea Reformati	15. 48
refutati	26
non est ipsa Dei essentia	26
Sed qualitas quædam, (laxè sic dicta) ibid.	
Conf. Goclenii & n. 50. Martin.	
forma servi quæ?	48. II

G.	
Gloria, Dei. 25. Conf. Majestas	
Gloria Dei Adam decoratus.	27
Goclenii testimonium	49
Græci de voce ^{ἰου}	38. 39
eorum Scholia	13
Gregorius Nazianz. de allegationibus	2

H.	
Heinsius (Daniel.)	49
Hieronym. de forma Dei	23
Homines in umbra mortis	1
Inflati	59
Humiles exaltantur	60
Humilitas Christi summa	13 18
Hyperius de Christi minoratione	40
	Jesu

	I.	
59	Jesu nomen. V. Nomen	60
0. 9.	Imago Dei	27
48	Inflatio hominum	59
26	Interpretatio duplex Scripturæ.	52. 53
26	Irenæus de λόγῳ quiescente	55
di-	Ἰσα	38. 39
	K	
	κενόω	41. 42. 43
	L.	
8. 11	Litera Scripturæ non deserenda	16
	Lites Theologicæ quæ dirimendæ	3
	non per Papam, Patrum scripta V.	
27	Patres:	
49	De λόγῳ quiescente Irenæus	55
39	Lutherani Theologi frustra obje-	
13	cti	52
i-	Lutherus defensus	52. 53
2	M.	
	Majestas & gloria Dei	25
49	Marcionitæ	50
23	Martinius (Matthias) de voce	
1	μορφῆς	50
59	Minorari à Deo quid sit? Beza	44
60	competit carni	44
18	Minorat. Christi, Hyperius	45
40	Μορφῆ quid notet?	16
esu	G 2	etiam

etiam in V.T.	ibid.
Mors cui & qv̄i competat	14
Musculus de Christo,	29. 45
forma Dei	21. 22
N	
Nomen ex gratia datum cui?	14. 23
Christi salutiferum	60
Notæ Camerarii	39
O	
Obedientia Christi ad mortem qvæ?	46
Oecolampadius	23
Oecolampadius de forma Dei	22
Oeconomia Loci, ad Phil. 2.	6
P.	
Pauli occasio loci ad Philip. 2.	6
Scopus	18
à quo abeunt Calvin.	19
Illius Synonyma d. l. non fuit ob- scurus	19. 20
non Philosophice	17
Patres de forma Dei	23
errarunt in sensu Scripturæ	24
autoritas non præjudicat veri- tati	24
illi frustra objecti	50
quatenus accipiendi d. l.	
	patres

bid.	Patres patribus opponimus	32
14	quia diversa sunt	57
45	Peccator non desperet	60
1.22	Periculum erroris quæ vitetur	4
	Perstare uno in Spiritu	6
4.23	Photiniani	56
60	Philippenses, quæ moneat Paulus	6
39	Regni cui quadret?	13
	Piscator verè exponit	36.19
	de patribus rectè sentit	24
46	rejecit Aristotelem	17
23	de forma Dei	22
22	Plenitudo Deitatis	28
6	Pontificii carpunt Patres	3
	Prædicata qualia	30
6		
18		
19	Q. Qualitas in Deum non cadit	24
ob.	confer.	16
20		
17	R.	
23	Radii retracti	51
24	Rapinam arbitrari: quid sit	30
i-	quis arbitretur?	32.33
24	Ratio humana abdicanda:	2
50	Reformati ipsi de forma & Statu servi	49
res		Salva-



	S.	
Salvatio Christi quæ?	30	
brachia ejus	60	
ΠΩ, quid	42	
Satan tollit verbum	2	
Schismata	59	
Scholia	13.	
Scripturæ torturæ	2	
Sensus quadruplex	4	
Serpens antiquus	60	
Servitus in mundo	60	
Servi nomen non obest Deitati	57	
Deo serviendum	58	
Servi forma	48	
Si quid	6	
Similitudo, in ea esse	17	
Sol veritatis	5	
Solvit Christus, quæ non rapuit	28	
Speculum humanitatis Christi	58	
Spolia reposta triumphantum	35	
Strachii testimonium	36	
Status exinanitionis quis?	47	
Subsistere, ὑπάγχεω, quid	25	
Superbia fugienda	59	
Superexaltatio Christi	9	
Syrus interpres qualis	17	
Confer. <i>Appendicem.</i>		

-avls2

Torren-

T.

30	Torrente bibere.	46
60	Tribulatio in mundo	60
42	Triumphatorum superbia.	30. 35

U

59	Ubiquitatis traductio.	56
13.	Verbum DEI Lux	1
2	Verbum revelat Deus per Apostol.	1
4	Via DEI alia, alia hominum	55
60	Vivere dignè Evangelio	7
60	Umbra mortis	1
57	Unctio passiva, cui congruat	13

Z.

48	Zanchius	28. 25
----	----------	--------



en-

Torrens bibere
Tribulatio in mundo
Triumphatorum superbia
II
Ibidem traditio
Verbum Dei per
Verbum revelat Deus per Apostolos
Vix Dei alia, alia hominum
Vivere digna Evangelio
Ibidem moris
Ibidem passiva, cui congruat
Sanchius



V
C
F
E
A




Ms
113


ULB Halle
004 102 347

3



V017





3.
I. S. N. 7. an2

**DISCUSSIO SOLIDA
LOCI PAULINI,**

AD PHILIP. CAP. II. v. 5. 6. 7. &c.

Is affectus sit in vobis, qvi
& in CHRISTO JESU: &c.

Cum INDICE materiarum, &c.
Edente
JOHANNE BOTSACCO, D.

(Me 3829)

Sumptibus JEREMIAE MAMPHRASII
Bibliopolæ STETINENSIIUM,
Typis MICHAELIS HÖPFNERI, Regii Typogr. 1664.

3

